

Auri et Sodae, Aurum chlorato-natronatum, Chloretum seu Chloruretum Auri et Natrii sive Sodii, Aurochloras chloro-natricus, Sal Auri FIGUERI. Salzsäures Goldoryd-Natron, sedahaltiges salzsäures Gold, Chlorgold-Natrium, Figuier's Goldsalz. Or muriatique avec du Soude, Muriate d'Or et de Soude, Chlorure d'Or et de Sodium, Sel d'Or de FIGUIER.

Rec. Auri purissimi laminati et dissecti Unciam unam. Solve in sufficiente Aquae Regis quantitate; evapora leni calore ad siccum, ut Acidum in excessu avolet, tunc admisce Salis communis decrepitati Drachmas duas, solve omnia in sufficiente Aquae destillatae quantitate, et evapora liquorem clarum leni calore, ut cogatur in crystallos, quae exsiccaetae, collectae, in vase vitreo loco obscuro asservandae. — Crystallus exhibet rectangulares, vel tabulares aurantiacas, aëre immutabiles, ceterum in capite rei, cum praecedente congruit, calore autem praeter Aurum Sal commune relinquit. — Constat enim ex Auri chlorati 3813,976, Salis communis 733,547 et Aquae 449,920, Partibus. — *Vis*: praecedentis, minus autem caustica. — *Usus*: Idem; facilius in pulvere, pilulis adhiberi licet, tuendo tamen ab iisdem corporibus cum decompnentibus. — Sit Sal, ut supra bonae notae descriptum, crystallinum, pulchre flavum, aëre immutabile, facile solutum in aqua; ignitum praeter Aurum purum sextam tantum salis communis partem relinquit.

AURUM MURIATICUM NATRONATUM seu natronatum inspissatum, Chloretum Auri cum Chloreto Natrii, Sal Auri de Cozz. Eingedicktes salzsäures Goldoryd mit Kochsalz, Cozz's Goldsalz. Or muriatique avec du Sel commun, Chlorur d'Or avec du Chlorur de Sodium, Sel d'Or de Cozz. (De ceteris Syn. conf. praecedens.) — Obtinetur admiscendo Solutioni Auri, tres Auri Partes continenti, quinque Salis communis Partes et evaporando miscellam leni calore ad siccum. — Massam exhibet luteam, pulverulentam, ex aëre humorem attractentem. — Miscella est soluta Auri chlorati cum Sale communi in excessu. Ceterum cum praecedente congruit et pari modo adhibetur.

AURUM MURIATICUM NATRONATUM PRAEPARATUM sec. BORIES. — Obtinetur miscendo Auri muriatico-natronati crystallisati Granum unum cum Pulv. Rad. Ireos florent., Aquae et Alcoholis ope penitus extracti, Gran. duobus.

AURUM OXYDATUM seu Oxydum Auri sive auricum, Crocus seu Calx Auri, Bezoardicum metallicum. Goldoryd, Goldkalk, Goldsafran. Oxyde d'Or.

II.

Rec. Solutionis Auri, quantum ejus fieri potest, neutralis, quantum vis. Digere cum Magnesia usta paullo in excessu, eduleora praecipitatum sedulo Aqua pura, donec lotura Acidi Salis ope colorem flavum non amplius assumat; quo facto digere residuum Aqua Forti diluta, ablue Aqua, et exsicca temperatura ordinaria loco obscuro. — Massa castanea, friabilis, fractura nitente, insipida, insolubilis in acidis dilutis (excepto acido salis et aqua regis), solubilis in alcalibus puris fixis. — Est Aurum oxydatum hydratum. — Leni calore facile aquam amittit, et colorem nigrescentem assumit, quod constat ex Auri 2 et Oxygenii 3 p. Mixt.; — calore aucto aut luci expositum, oxygenium perdit, et metallum purum relinquit. — *Vis*: antivenerea, diaphoretica. — *Usus*: In pulvere cum Amylo vel Saccharo tritum. — Puritas ex descriptione patet. (Conf. et Crocus Auri seu Solis veterum.)

AURUM POTABILE v. Tinctura Auri.

AURUM POTABILE DE ZAPA. — Est Spiritus Vini rectificatissimus Saccharo temperatus.

AURUM PRAECIPITATUM seu pulveratum v. Aurum divisum et Crocus Auri seu Solis veterum.

AURUM VITAE Veterum. — Plerumque nihil aliud est nisi Aurum divisum.

AVA v. I. 267.

AVELLANAE DEPURATAE seu Avellanarum Praeparatio. Präparierte Haselnüsse. Noisettes préparées.

Avellanae, ablato cortice exteriori duro, in vase aliquo stannato, surfuribus additis, spatula supra ignem tamdiu agitantur, donec calore omnis earum humiditas interna sit assumpta, deinde pellicula, qua teguntur, iis detrahitur. Cavendum autem ne adurantur.

AXUNCIA COMPOSITA, OXYGENATA cet. v. Unguentum.

AXUNCIA CURATA, depurata seu praeparata v. Adeps.

AZOTH HELSINGII. — Nihil aliud est, nisi Mercurius praecipitatus ruber, methodo admodum fusa et vehementer absurda obtentus, partim Argento et Auro mixtus.

AZOTUM seu AZOTICUM v. Gas.

BACILLI AD FORNACEM v. Massa ad Fornacem.

BACILLI seu BACULI DE LIQUIRITIA ALBI, Liquiritia alba cocta. Pharm. Wirtemb. Weiße Süßholzwurden. Bâtons de Reglisse blancs.

Rec. Gummi Arabici, Spec. Diaireos simpl., Spec. Diatragacanthae aa Unc. semis, Rad. Liquiritiae, Amyli aa Unc. unam. Terantur omnia in pollinem subtilissimum, cui addantur Sacchari albi pulv. Libr. duae, Mucil. Tragac. q. s. Pinsantur in mortario; fiat massa, ex qua formentur pro lubitu Bacilli.

BACILLI DE LIQUIRITIA, seu Liquiritia



cocta citrina Ph. Wirteimb. Geste Süßholzflocken, gebackenes Süßholz, *Bâtons de Reglisse jaunes, Reglisse cuite.*

Rec. Rad. Liquiritiae pulv. Unc. unam, Irid. florent., Amyli albi  $\overline{\text{aa}}$  Unc. semis, Croci subtilis. triti Scrupulum unum, Sacchari albi Libr. unam. Fiat suff. quant. Mucilaginis Tragac. massa, ex qua formentur Bacilli. — Ph. Saxonicae et Oldenburgicae formula eo discrepat, quod ad Ponderis designati Sacchari et Liquiritiae, Rad. Ireos florent. Drachm. duas et Croci Drachm. unam praescribit.

BACULI PECTORALES FRANCOFURT. *Frankfurter Brustflocken. Bâtons pectorales de Francfort.*

Rec. Specier. Diatragac. frig. et Diaireos simpl.  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. unam, Rad. Liquir. Drachm. semis, Sacchar. albissimi Unc. sex. Fiat cum Mucilagine Tragac. Baculi.

BALNEA FORMICARUM LIQUIDA. *Flüssige Ameisenbäder. Bains de Fourmis liquides.* — Parantur infundendo Formicar. conquassatarum et in saccum linteum reclusarum Mens. 3 — 4 cum Aqua fervida, exprimendo post aliquot horas et admiscendo jus cum formicis in sacco Balneo.

BALNEA FORMICARUM VAPOROSA HUMIDA. — Parantur superfundendo Formicas cum cumulorum quisquiliis Aqua ebulliente, et exponendo partes dolentes vaporibus surgentibus.

BALNEA FORMICARUM VAPOROSA SICCA. — Applicantur infodiendo membrum debile in cumulum Formicis repletum.

BALNEA IODATA. *Sodbäder. Bains de Iode* sec. BÉRAL et DUROZIER. — Solutiones sunt Iodi et Kalii iodati in Aquae Unc. viginti. — Nro. 1. Scrupul. unum Iodi et Scrupul. duos Kalii iodati continet. — Nro. 2. duos Scrupul. Iodi et quatuor Kalii iodati, — Nro. 3. tres Iodi et sex Kalii iodati — et sic porro ad Nro. 8, quae octo Iodi et sedecim Kalii iodati Scrupulos continet. — Singulae doses numeris insignitae unumquodque ad Balneum ex 240 Libris pond. civ. Aquae constans totae admiscuntur pro ratione aetatis lavantis. — Nro. 1 et 2 ad aetatem annorum 4 — 8, Nro. 3 et 4 ad aetatem annorum 8 — 12, Nro. 5 et 6 ad aetatem annorum 8 — 19, Nro. 7 et 8 ad aetatem annorum 20 — 52 aptum est. — LUGOLI formulae cum his fere congruunt. Pro infantibus praescribit ad Nro. 1, Scrup. duos Iodi et Scrup. quatuor Kalii iodati in Aquae Unc. sex solvi; ad Nro. 2. illius Scrup. duos semis, hujus quinque; ad Nro. 3. tres Scrup. et sex; ad Nro. 4. quatuor Scrup. et octo in sex Unc. Aquae. — Pro adultis ad Nro. 1. Drachm. duas Iodi et Unc. semis Kalii iodati cum Aq. Unc. sex misceri; ad Nro. 2. Drachmas duas semis et Drachm. quinque; ad Nro. 3. Drachm. tres et sex, ad Nro. 4. quatuor Drachm. et octo.

BALNEUM ANTIPSORICUM seu excitans v. Balneum sulphuratum.

† BALNEUM ANTISYPHILITICUM seu mercuriale. *Mercurialbad. Bain mercuriel.*

Rec. Merc. sublim. corros. Grana sex ad duodecim. Solve in Aquae destillatae Libr. octo et admisce Aquae communis ad 24° R. calefactae Libr. ducentis. — Sublimati quantitas sec. medici judicium ad Drachm., immo ad Unciam (?), augeri potest.

BALNEUM AROMATICUM. *Gewürzbad. Bain aromatique.*

Rec. Herb. Anthos, Thymi, Salviae, Origani, Menthae  $\overline{\text{aa}}$  Libr. semis. Coque cum Aquae quant. suff. et adde Spir. Sapon. Unc. quatuor, Salis Ammoniaci Unc. duas. — VAS MOSS ad Balneum unum Specier. aromaticar. Libr. unam infundi praescribit.

BALNEUM ARTHRITICUM FULLERI. *Süßleres Sodbad. Bain arthritique de FULLER.*

Rec. Lign. Guajac. Libr. tres, Lign. Sassafr. Libr. semis. Immitte in saccum et coque cum Aquae Mens. sex ad septem per  $\frac{1}{4}$  horae, tunc admisce in petia ligatas Bacc. Lauri Libr. tres, Cort. Chinae Libr. semis, Rad. Ireos flor., Cyperi, Calami, Angelic.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. duodecim. Pro balneo.

BALNEUM ARTHRITICUM MANGETI.

Rec. Rasurae Lign. Juniperi Man. tres, Guajaci Libr. unam, Hb. Chamaedryos et Chamaepyth.  $\overline{\text{aa}}$  Man. tres, Fol. Lauri Man. unum, Bacc. Juniperi et Sulphur.  $\overline{\text{aa}}$  Libr. unam, Aluminis Unc. tres. M. f. Species pro Balneo.

BALNEUM CALCIS SALITAE seu CALCARIAE MURIATICAE. *Salzsaures Kalfbad. Bain au Chaux muriatique.* — Solutio est Calcis salitae seu Salis Ammoniaci fixi aquosa concentrata, Pond. spec. 1,3 ad 1,4 exhibens. — Praecipue ad parandum Acidum Borussicum et nonnullas Aquas destillatas inservit.

BALNEUM CHLORI sec. MAGENDIE. *Chlorgasbad. Bain de Chlore gazeuse.*

Rec. Magnesia Vitriariorum pulv. Unc. semis, Salis marini Unc. unam semis, Olei Vitrioli Anglici Unc. unam. Misce in pyxide idonea, quae parti corporis dolenti superimponenda vel introducenda, ita ut vapores, qui emittuntur ab iis contingantur, cavens tamen, ne inhalentur.

BALNEUM EMOLLIENS. *Erweichendes Bad. Bain emollient* sec. CADET.

Rec. Spec. emollient. Libr. quatuor, Sem. Lini Libr. semis. Coque leviter cum suff. Aquae quantitate, cola et admisce balneo.

BALNEUM FERRI HYDRIODICI seu IODATI seu Hydriodatis Ferris MICHEL. *Sodeisenbad. Bain de Iodure de Fer.* — Paratur admiscendo Ferri hydriodici Unc. duas ad Balneum.

BALNEUM HYDROCYANICUM sec. PAGANI. *Blausäurehaltiges Bad. Bain hydrocyanique.* — Obtinetur admiscendo balneo Unc. quatuor Aquae Lauro-Cerasi. — Dosis pro ratione aetatis et aliis indicationibus immutatur. Addi passim solet Decocti seu Extracti Aconiti, Cicutae, Daturae, Hyoscyami, Solani vel Lactucae quantitas a medico praescribenda.



**BALNEUM INCITANS AUGUSTINI.** Reizbad. *Bain incitant.*

Rec. Pulv. rad. Serpentar. Virg. Unc. duas, Valerian. sylv. Unc. quatuor, Flor. Sambuci et Chamomillae  $\overline{aa}$  Libr. semis. Infunde in Aquae bullientis Libr. quatuor. Stent in infusione per  $\frac{1}{2}$  horae in vase clauso, serva usui. S. Nro. 1. — Tunc Rec. Aceti concentrati Libr. unam, Spirit. Vini simpl. Libr. duas. Misce et signa Nro. 2. — Infusum Nro. 1. cum Herbis balneo calido infundatur et Mixturae Nro. 2. singulis horae quadrantibus Libra una eidem addatur, donec gratum aeger calorem sentit.

**BALNEUM IRRITANS** v. Balneum sinapi-  
num.**BALNEUM NITROSUM PRO PEDIBUS** MYNSICHTI. *Mymsicht's salpêtres Fußbad.*  
*Bain nitreux de MYNSICHT.*

Rec. Nitri opt. Libr. semis, Salis marini Unc. quatuor, Flor. Chamom., Malv. arbor., Rosar. rubr.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Herb. Beton., Origan., Salv., Rutae  $\overline{aa}$  Unc. semis. Misce et coque. F. Balneum pro pedibus.

**BALNEUM RESOLVENS.** Zertheilendes Bad.  
*Bain résolvant de SAINT-MARIE.*

Rec. Salis Ammon. Unc. semis, Salis Sodae Drachm. tres, Hepatis Antimonii Drachm. sex, Salis communis Unc. unam. Misce et ebulliant cum Aquae Libr. octo. — Alia compositio: Rec. Hepatis Sulphuris Unc. unam, Salis marini Unc. duas, Sodae Unc. semis, Hb. Salviae Man. unum ad duos. Misce, coque cum Aquae Libr. octo.

**BALNEUM SALINUM ET GELATINOSUM.** Salz- und Leimbäd. *Bain salin et gélatineux.*

Rec. Salis marini Libr. unam. Solve in Aquae tepidae Libr. ducentis, et adde Collae animalis Flammantinae (Leim) in sufficiente Aquae bullientis solutae portione, Libr. duas.

**BALNEUM AD SCABIEM** MANGETI. *Man-  
get's Krätzbad.* *Bain contre la Gale de MANGET.*

Rec. Herb. Fumar, Scabios., Parietar.  $\overline{aa}$  Man. tres, Enulae, Saponar.  $\overline{aa}$  Man. duos, Rad. Enul. et Lapatii  $\overline{aa}$  Libr. semis, Sulphuris Libr. unam. F. Balneum.

**BALNEUM** vel PEDILUVIUM vel MANULU-  
VIUM SINAPINUM seu irritans. Senfbad.  
*Bain de Moutarde.*

Rec. Sinapis nigrae rec. pulveratae Unc. tres ad quatuor. Ingere conquassando in Aquae tepidae quantum satis.

**BALNEUM SULPHURATUM** AUGUSTINI. Schwefelbad. *Bain sulphureux.*

Rec. Hepatis Sulphuris calcarei Unc. duas. Coque cum Aquae quantum sufficit ad solutionem; immitte Solutionem in Balneum et adde pedetentim semper agitando Spiritus Vitrioli Unc. quatuor. — VAN MONS proponit Hepatis Sulphuris kalini Unc. unam in Aquae Unc. duodecim solvi, et dimidio balneo immitti, alteri balnei parti autem admisceri Acidi Salis fumantis Drachm. duas, et ambae solutiones miscendae. — CADET ad hoc Balneum quatuor Hepatis salini Unc. praescribit, ceterum cum eo conpat. Formulae minus pro-

bandae, quam prima. (Vide etiam Liquor hydro-sulphuratus.)

**BALNEUM SULPHURATUM** et GELATINOSUM DUPUITRENI. Dupuitren's Schwefel-  
und Leimbäd. *Bain sulphureux et gélatineux de DUPUITREN.*

Rec. Hepatis Sulphuris kalini Unc. unam. Solve in Aquae Libr. ducentis, solutioni adde Collae Flammantinae albae Libr. duas in Aq. Libris decem dissolutas.

**BALNEUM SULPHUROSUM** CADET.

Rec. Natrii sulphurati Unc. decem, Solutionis salino-gelatinosae Unc. quatuor. Immitte in balneum.

Plures alias compositiones vetustiores ad Balnea, plerumque Vegetabilia aromatica exhibentes, praetereamus.

**BALSAMUM ABSINTHII** MYNSICHTI. *Mymsicht's  
Wermuthbalsam.* *Baume d'Absinthe de MYNSICHT.*

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. duas, Ol. Absinthii vulg. et Nardini comp.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Mastich. Unc. semis, Ol. Absinth. destill. Drachm. unam, Ment. crisp. et Thymi  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Ol. Caryophyllor. et Macid.  $\overline{aa}$  Drachm. unam. M. f. l. a. Balsamum.

**BALSAMUM ACETICUM** CAMPHORATUM. *Essigätherbalsam mit Campher.* *Baume acétique camphré.*

Rec. Saponis animalis, Camphorae  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Ol. Thymi Guttas decem. Solve in Naphthae Aceti Unc. una; filtra. — HENRI et RATIER Unc. duas Naphthae et Olei Thymi loco Ol. Terebinthinae praescribunt, ceterum cum praecedente congrunt.

**BALSAMUM ACUSTICUM** seu ad Aures. *Gehörbalsam.* *Baume acoustique de SAINT-MARIE.*

Rec. Succ. Ceparum albarum expressi, Bals. tranquill.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Bals. Peruvian. Unc. semis. Misce. — CADET DE GASSIC. Fellis Tauri Drachm. duas, Ol. Amygd. dulc. Drachm. unam et Bals. FIORAVANTI Drachm. semis commisceri praescribit. — VAN MONS formula: Rec. Bals. Opodeldœ, Ol. Amygdal. dulc.  $\overline{aa}$  Part. unam, Tinct. Castorei, Laud. liquid. Syd.  $\overline{aa}$  Part. dimidiam. Misce.

**BALSAMUM ADSTRINGENS** seu ischaem-  
aticum sive terebinthinatum Disp.  
Brunsvic. Adstringender Balsam. *Baume adstringant ou ischaematique.*

Rec. Ol. Vitrioli Drachm. decem. In vase vitro capaci et ampli orificii guttatim affundatur Ol. Terebinthinae Unc. semis. Effervescantia et calore cessante caute admisceantur Spir. Vini Callie. rect. Unc. quatuor. Asservetur in vitro bene clauso. — SPIELMANNUS et PIERQUIN ad Olei Vitrioli Unc. semis tantundem Ol. Terebinthin. admisceri et in Spir. Vini rectificati Unc. tribus solvi praescribunt. — CADET Unc. quatuor Ol. Terebinthinae cum Unc. semis Ol. Vitrioli et Unc. tribus Spirit. Vini rectific. commisceri proponit. — Disp. FULDENS. et AUGUSTIN. Terebinth. Argentoratens. Drachm. tres cum Ol. Vitrioli rect. Drachm. quinque successive commisceri, tunc Spirit. Vini rect.



Unc. tres addi praescribunt. — VAN MONS Terebinthin. Part. duas cum Ol. Vitrioli Part. duabus semis et Spiritus Vini rect. Part. octo misceri suadet.

**BALSAMUM AETHEREUM AUGUSTINI.** Aetherischer Schwefelbalsam. *Baume de Soufre etheré.*

Rec. Bals. Sulphuris terebinth., Naphthae Vitrioli  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Ol. animalis DIPPÉLII Guttas decem. Miscé.

**BALSAMUM AETHIOPICUM.** Mohrenbalsam. *Baume éthiopique.*

Rec. Gummi Hederae Drachm. sex, Mastich. Unc. semis, Aloës, Benzoës, Bals. Peruv. nigr., Rad. Angelicae, Flor. Anthos, Hyperici  $\overline{aa}$  Unc. semis, Rad. Gentian. Drachm. tres, Styrac. Calamitae Drachm. duas, Ol. Terebinth., Terebinth. Venet.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Spirit. Vini rectific. Libr. tres. Post sufficientem digestionem filtra. — Ph. Palatina Styrac. Calam., Bals. de Tolu  $\overline{aa}$  Unc. unam semis, Bals. Peruv. nigr., Benzoës  $\overline{aa}$  Unc. duas, Macid., R. Calam. arom. et Angelic.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Aloës Succotr., Olibani el., Myrrhae el.  $\overline{aa}$  Drachm. sex, Croc. Austriac. Drachm. tres, Ol. Cinnamomi Drachm. unam, cum Ol. Tart. per deliq. ad pulvem irrorari tunc cum Spir. Vini rectificatissimi Libr. duabus per 14 dies digeri et, si quis completum desideret, Ambræ griseae Gran. quindecim et Moschi Gran. viginti addi praescribit. (V. et Balsamum Innocentii p. 114.)

**BALSAMUM ALBUM RAPP.** — Obtinetur destillando Tereb. Venet. cum pluribus Vegetabilibus aromaticis et s. q. Aquae; Oleum elicitum aethereum servatur. (V. etiam Balsamum FIORAVANTI.)

**BALSAMUM ALOËS v. Extractum.**

**BALSAMUM AD AMBUSTA** sec. SCHROEDER. Brandbalsam. *Baume pour la brûlure.* — Nihil aliud est, nisi Calx extincta cum Aqua Rosarum in pulvem redacta.

**BALSAMUM ANGELICAE.** Angelikabalsam. *Baume d'Angelique.*

Rec. Ol. destillati Angelicae Drachm. unam, Ol. Nucistae expressi Drachm. duas semis. Miscé exactissime et adde, si lubet, paucillum Coccionellae ad tingendum. — LEMERY adhuc vigesimam Pulv. Rad. Angelicae Partem addi proponit. — Disp. Brandenburg. Ol. Angelicae cum Matris Balsamorum (i. e. Olei Nucistae odore per Spiritum Vini spoliati) suff. quant. in Balsamum redigi praescribit.

**BALSAMUM ANGELICAE SENNERTI.**

Rec. Extract. Angelicae Unc. unam, Mannae el. Drachm. duas. Miscé leni igne et adde Ol. dest. Angelicae Drachm. unam semis.

**BALSAMUM ANGLICANUM** Disp. Vienneſis.

Rec. Cerae flavae, Styracis liquid.  $\overline{aa}$  Unc. tres, Terebinth. clarae Unc. duas, Balsami Peruviani, Opobalsami  $\overline{aa}$  Unc. semis, Ol. viridis et Hyperici  $\overline{aa}$  Libr. unam, Axung. humanae Unc. unam, Sang. Draconis, Santali rubri, Mumiae  $\overline{aa}$  Drachmas duas. Misceantur, solvantur et colentur, ut fiat Balsamum.

**BALSAMUM ANGLICUM KUNRATHI.**

Rec. Terebinth. Venet. Libr. quatuor, Mastich., Olibani  $\overline{aa}$  Unc. duas, Aloës hepat., Laudani, Castorei, Rad. Dictamn. alb. et Bellidis  $\overline{aa}$  Unc. unam. Digerant p. octo dies, tum destillentur gradatim; cum vero oleum album ascendit, mutetur receptaculum et hoc seorsim colligatur, usque dum flavae guttulae apparere incipiant, tum excipulum illic removeatur, cum oleo albo, et alio adposito, Oleum item flavum seorsim colligatur, uti et rubicundum, quod ultimo prodit Oleum primum album cum Aqua pura commixtum, addito parum Salis, adhuc semel destilla et rectifica, atque ab aqua rursus separa ac serva.

**BALSAMUM ANODYNUM BATEANUM,** Balsamum arthriticum, opiatum seu Thebaicum, Linimentum anodynum opiatum seu spirituosum anodynum, Linimentum seu Tinctura Saponis et Opii, Tinctura alcoholica Opii saponacea. Bate's schmerzstillender Balsam. *Baume anodyne de Bate.*

Rec. Saponis Hispanici Unc. unam, Opii Unc. semis, Camphorae Drachm. sex, Croci Drachm. unam, Spiritus Vini (Pyroeni) Unc. duodeviginti. Miscé, digere per 10 dies, tunc filtra. — Cum hac compositione genuina convenit Ph. Hispanicae et PIERQUINI formula. — AUGUSTIN Saponis medicati Unc. unam et Opii Drachm. unam cum Spir. Vini rectificati quant. sat. per digestionem solvi, tunc Camphorae Drachm. semis, et Ol. Anthos Drachm. unam addi proponit. — Ph. Edinb. et Batav. Saponis Unc. quatuor, Camphorae Unc. duas, Opii Unc. unam et Ol. Anthos Unc. semis cum Spirit. Vini rectificatissimi Libr. duabus digeri, solvi et filtrari praescribit. — Ph. Heripolitana Saponis Amygdal. Unc. unam, Opii Drachm. duas, Camphorae Drachm. tres, Ol. Anthos Drachm. semis cum Spir. Vini rect. Unc. novem digeri jubet. — Ph. Genevens. Saponis Unc. quinque, Opii Unc. unam, Camphorae Unc. duas, Ol. Anthos Unc. semis et Spirit. Vini rect. Libr. unam semis praescribit. — VAN MONS ad BALSAMUM ARTHRITICUM Croci Part. unam, Opii Part. duas, Saponis albi Part. quatuor et Spir. Vini rect. Part. quadraginta duas; ad BALSAMUM ARTHRITICUM CAMPHORATUM Camphorae Drachm. tres, Opii Part. octo, Saponis Medullae Bovis Part. quadraginta octo et Spirit. Anthos Part. centum et nonaginta duas praescribit. — Disp. Fuldense Bals. saponacei Unc. duas cum Laud. liquid. comp. Drachm. una misceri proponit. (Conf. etiam Linimentum, Solutio et Tinctura.)

**BALSAMUM ANODYNUM GUIDONIS.**

Rec. Tacamahacae, Terebinth. Venet.  $\overline{aa}$  Part. aequales. Mixta immittantur in retortam, ita, ut ad tertias impleatur, et fiat destillatio igne gradatim aucto. Oleum rubrum seu balsamum separatim a phlegmate.

**BALSAMUM ANTIARTHRITICUM CADET.**

Gichtbalsam. *Baume antiarthritique.*

Rec. Spirit. Lavendul. Unc. quatuor, Saponis



animalis aromatici, Naphthae Aceti  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. unam, Camphorae Drachm. duas, Ol. Menth. pip., Cinnamomi, Lavendulae, Nuc. Moschat., Caryophyllor., Sassafras  $\bar{a}\bar{a}$  Guttas quindecim. Misc.

**BALSAMUM ANTIHYSTERICUM** v. Balsamum hystericum.

**BALSAMUM ANTIMONIALE** sec. JUNGKEN.

Rec. Antim. crudi Libr. semis. Fluat probe in tigillo, tunc sensim adde Salis Tartari ex Nitri et Tartari crudi  $\bar{a}\bar{a}$  Part. aeq. detonati, quantum satis. His invicem optime liquatis injice Carbones pulveratos repetitis vicibus, donec non amplius deflagrant; tunc refrigeratis scorias a regulo separa, et eas adhuc calidas pulverisa, ac cucurbitae vitreae immitte, statimque superaffunde Ol. Juniperi Unc. sex, Ol. Anisi Unc. duas, Ol. Terebinth. Unc. unam et Spir. Vini rect. Unc. duodecim. Tunc, capitulo adlutato, pone in baln. Mar. apposito simul recipiente, ac sensim coque per horas 8. Sic particulis subtilioribus et spiritus et oleum per alembicum transeuntibus, remanet Balsamum antimoniale probe tinctum. — Alia praecepta copiosa, saepius nihil aliud nisi Balsami Sulphuris speciem praebent.

**BALSAMUM ANTIODONTALGICUM** v. Balsamum odontalgicum.

**BALSAMUM ANTIPODAGRICUM ARNISEI** ex SCHROEDERO. Balsam gegen Podagra. *Baume contre le Podagra.*

Rec. Vitrioli viridis Libr. quatuor, Sal. Tartari Libr. unam, Mellis Libr. tres, Sandarac., Ammoniacy, Bdellii, Opopanacis, Sagapeni, Olibani, Mastiches, Tacamahac., Myrrhae, Aloës  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. tres, Camphorae Unc. unam. Fiat l. a. Balsamum.

**BALSAMUM ANTIRHEUMATICUM** LIBOSCHÜTZI v. Balsamum LIBOSCHÜTZI (p. 115.).

**BALSAMUM APOPLECTICUM** Ph. Wirtemb. et Helv. cet. *Schlagbalsam. Baume apoplectique.*

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. tres semis, Ol. Jasmini, Cinnamomi, L. Rhodii  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. unam semis, Ol. Lavendul., Majoran., Caryophyllor.  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. unam, Ol. Rutae et Succini  $\bar{a}\bar{a}$  Scrupul. unum, Moschi, Ambrae  $\bar{a}\bar{a}$  Gran. sedecim, Zibethi Scrupul. semis, Bals. Peruv. Scrup. duos, Ebor. usti nigr. praep. quant. sat. pro colore. Oleo Nucistae lento igne liquato instillentur Olea destillata, Moschus et Ambra cum Spirit. rosato trita, Zibethum et Bals. Peruv. in fine addantur. — Paratur etiam absque Moscho, Ambra et Zibetho, pro illis, qui horum odorem perferre nequeunt. — Disp. Brunsv. Ol. Nucistae Unc. unam, Ol. Caryophyll., Lavendul., Anthos  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. semis, Ol. Succini, Moschi Spir. Vini triti  $\bar{a}\bar{a}$  Scrup. semis, Bals. Peruv. Drachm. unam praescribit. — Ph. Parisiensis Ol. Nucistae Unc. unam, Styrac. Calamit. Drachm. duas, Tacamahac., Benzoës, Bals. Peruv.  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. unam, Ambrae ciner. Gran. sex, Moschi Scrup. semis, Ol. destill. Cinnamomi, Lavend., Majoran., Thymi, Caryophyllor.  $\bar{a}\bar{a}$  Gutt. quin-

decim, Ol. Citri, Aurant., Lign. Rhod.  $\bar{a}\bar{a}$  Gran. decem misceri praescribit. — Plures alias formulas vetustiores, in capite rei cum his congruentes, praetereamus.

**BALSAMUM** seu **OLEUM APPARITII** Pharm. Hispan. *Erscheinungsbalsam. Baume d'Apparition.*

Rec. Ol. Olivarum Libr. sex, Summitat. rec. Anthos, Hyperici, Rutae  $\bar{a}\bar{a}$  Libr. unam semis. Mixta calido loco per triduum digere; adde Lumbric. terrestr. Libr. semis. Coque ad humiditatis consumptionem, cola cum expressione. In colatura dissolve Terebinth. opt. Libr. unam semis, Pulv. Sandaraci, Myrrhae et Olibani  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. duas, Mastiches Unc. unam. Cola iterum.

## BALSAMUM ARCAEI.

*Arcausbalsam. Baume d'Arcaeus.*

*Synon.:* Unguentum Elemi seu Amyridis elemiferae, Linimentum seu Unguentum Arcaei, Unguentum balsamicum seu digrens balsamicum. Unguentum balsamicum seu digestivum flavum, Unguentum Elemi et Terebinthinae, Unguentum Elemi compositum.

Rec. Elemi,

Terebinthinae Venetae  $\bar{a}\bar{a}$  Unciam unam semis,

Sevi ovilli Uncias duas,

Axungiae Porci Unciam unam.

Misce, liquefiant lenissimo igne, cola et serva post refrigerationem.

— Balsamum flavescens, Unguenti consistentia, glutinans, odore haud ingrato balsamico. — *Vis:* vulneraria, digestiva, maturans.

*Usus:* Vulneribus et ulceribus applicatur, et cum aliis unguentis commiscetur.

Pharm. Rossicae formula cum nostra congruit, uti et auctoris praecceptum, nisi quod hic Terebinthinae Venetae loco Terebinthinam abietinam et Sevi ovilli loco Sevum cervinum antiquum sumi proponit. — Ph. Wirtemberg. Terebinth. Venet., Elemi, Sevi cervini  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. duas, Ol. Hyperici Unc. unam et Ligni Santalini rubri alcoholisati Drachm. unam praescribit. Elemi in Terebinthina lenissimo igne solvendum, quibus successive addenda Sevum. Ol. Hyperici et Santalum rubrum. — Ph. Borussiae, Bavaricae, Ph. Hassiae El., Oldenburgica, Polonica, Saxonica et Slesvico-Holsatica Elemi, Terebinth. Venet. vel communis, Sevi ovilli et Axungiae Porci singulorum par Pondus liquefieri et colari praescribunt. —



Ph. Bremensis Elemi, Terebinth.  $\overline{aa}$  Libr. unam, Sevi vervec. Libr. semis, Ol. Olivar. Unc. duas, — Disp. Fuldense et PIDERIT Elemi, Tereb. et Sevi  $\overline{aa}$  Part. tres, et Ol. Hyperici P. unam, — Disp. Brunsv. et Ph. Palatina Elemi et Tereb. Venet.  $\overline{aa}$  P. tres, Sevi P. duas et Axung. Porci P. unam, — SPIELM. Elemi, Tereb.  $\overline{aa}$  Unc. sex, Sevi Unc. novem et Ol. Hyperici Unc. duas, — Ph. Lond., Lusitanica et COXE Elemi P. sex, Tereb. P. quinque, Sevi P. duodecim et Ol. Olivar. P. unam, — Ph. Dublin. Elemi P. duas, Cerae albae P. unam, et Axungiae Porci P. octo, — Ph. Gallica Elemi et Tereb.  $\overline{aa}$  P. tres, Sevi P. quatuor et Axung. Porci P. duas, — Ph. Hispan. Elemi, Tereb., Axung. Porc.  $\overline{aa}$  P. quinque et Sevi P. sex praescribunt.

**BALSAMUM ARCAEI LIQUEFACTUM** seu Unguentum digestivum PLENKII.

Rec. Balsami Arcaci sec. SPIELMANN., Vitelli Ovi  $\overline{aa}$  Unc. unam. Probe subacta diluantur Spir. Vini Unc. octo. — VAN MONS ad Arcaeum liquidum (*Arcaeus liquidus*) Balsam. Arcaci P. duas et Ol. Petrae rect. P. unam commisceri proponit.

**BALSAMUM ARCAEI RUBRUM.** — Obtinetur, si Balsamum decolor cum pauxillo Rad. Alcannae tingitur (v. supra.).

**BALSAMUM AROMATICO-AETHEREUM** AUGUSTINI. *Aromatisch-ätherischer Balsam. Baume aromatique éthere.*

Rec. Ol. Nucistae expr. Unc. unam, Ol. Lavend., Menth. crisp., Foenicul.  $\overline{aa}$  Scrup. unum. Misc. — Alia formula: Rec. Ol. Nucistae Drachm. duas, Castorei Scrup. duos, Salis Cornu Cervi Scrup. semis, Ol. Rutae Gutt. sex. Misc. — Alia formula seu ad **BALSAMUM OPHTHALMICUM** sec. LOEBEL A LOEBENSTEIN: Rec. Bals. Vitae HOFFMANNI Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. unam, Ol. Chamomillae aether. Gutt. viginti, Spir. Vini rectificatissimi Unc. semis. Misc. — Alia formula ad Balsamum Vitae HOFFMANNI (p. 124.) accedit.

**BALSAMUM AROMATICUM** Ph. Hassiae El.

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. unam. Leni calore liquato adde Ol. Caryoph., Menth. pip.  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Ol. Succini Scrup. unum. Terantur in mortario lapideo; deinde sensim sensimque addatur Bals. Peruv. nigr. Drachm. una semis. Misc. exactissime et serva in vase bene obturato. — PIDERITI formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Ol. Menthae p. loco Ol. Lavendulae sumi praescribit.

**BALSAMUM AROMATICUM** seu Caryophyllorum MAYRI.

Rec. Ol. Nucist. express. Part. tres, Bals. Peruv. nigr., Ol. Benzoës et Caryophyllor.  $\overline{aa}$  Part. unam. Misc.

**BALSAMUM** seu **LINIMENTUM AROMATICUM** Ph. Fennicae et Suecicae.

Rec. Ol. Nucistae express. Unc. unam, Cerae flavae Drachm. duas, Ol. Caryophyll., Lavend.  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Ol. Succin. rect. Scrup. semis. Misc. exactissime. (V. etiam Balsamum apoplecticum, Caryophyllorum, cephalicum,

nervinum et SCHERZERI, Linimentum et Unguentum.)

**BALSAMUM ARTHRITICUM** v. Balsamum anodynum (p. 108.).

**BALSAMUM AURANTIORUM.** *Pomeranzenöl-Balsam. Baume d'Oranges.* — Uti Balsamum Angelicae (p. 108.) paratur.

**BALSAMUM AD AURES** v. Balsamum acusticum (p. 107.).

**BALSAMUM AURI** seu Solis, Aurum balsamicum Disp. Viennensis. *Goldbalsam. Baume d'Or.*

Rec. Auri fulminantis Drachm. duas, Ol. Cinnamomi Unc. unam. Stent in digestionem lenissimo igne per triduum in phiala vitrea ad solutionem et servetur. — VAN MONS Auri fulminantis Partem unam in Olei Bacc. Juniperi Part. quatuor in balneo arenae dissolvi proponit.

**BALSAMUM AD BARBAM ALBUM ET NIGRUM** Disp. Hamburgens. *Rother und weißer Bartbalsam. Baume de Barbe blanc et rouge.*

Rec. Ung. pomadini Unc. tres, Cerae albae Unc. quatuor, Animae Unc. unam, Styrae. liquid. Drachm. unam, Ol. L. Rhodii Scrup. duos, Cinnamomi Scrup. semis. M. f. Bals. et tingatur, si vis, Ebores uto.

**BALSAMUM BASVILLIANUM** seu terebinthinatum. *Basvillianscher Balsam. Baume Basvilliane.*

Rec. Ol. Terebinthinae Unc. tres, Sal. Tart. Unc. unam semis, Saponis Veneti (seu medicati) Unc. duas, Aquae pluvialis Libr. unam semis. Solve miscendo et adde Spirit. Matricariae vel Juniperi Unc. duas. — Hujus Balsami Unc. duabus, addantur Ol. Culilabani Gutt. quinquaginta.

**BALSAMUM BENZOËS** ZWOLLERI et TENZELLI.

Rec. Styrae. Calam. Unc. quatuor, Benzoës Unc. duas. Trita superfunde Spir. Vini rect. ad quatuor digitorum eminent. Macera in balneo per aliquot dies, deinde cola et abstrahere colatura Spiritum, donec residuum oleiforme appareat.

**BALSAMUM BEZOARDICUM** Disp. Brandenburg.

Rec. Ol. dest. Angelicae, Citri, Majoran., Rutae  $\overline{aa}$  Scrup. semis, Ol. Succini rect. Gutt. quinque, Ol. Myrrhae, Salviae, Zedoariae  $\overline{aa}$  Gutt. quindecim, Ol. Nucist. expr. Unc. semis, Camphorae Gran. sex, Ambrae griseae Gran. septem. M. f. Balsamum.

**BALSAMUM BURRHY** seu vulnerarium BURRHY Disp. Pragensis. *Liebhälerischer Balsam. Baume de BURRHY.*

Rec. Picis navalis, Resin. alb.  $\overline{aa}$  Unc. duas, Myrrhae rubr. Unc. unam, Galbani, Olibani  $\overline{aa}$  Unc. semis, Storacis opt. Unc. quatuor, Benzoës Unc. semis. Pulv. misce et affunde Ol. Olivar. Libr. semis. Coque lento igne, deinde imisce lente et per vices Gumm. Arabic. in Vino soluti Unc. unam semis, et successive etiam Sang. Dracon. Unc. semis, Caryoph. arom. Drachm. duas, Cerae Virg. Libr. semis, Ol. Laurini



Unc. unam semis. Coque ad consistentiam aliquam ac per linteum filtratis iterum adde Ol. Tereb. Unc. semis, Anthos Drachm. duas, Jasm. unam semis, Ol. Major. et Rutae  $\overline{aa}$  Unc. semis, Ol. Nucist. expr. Unc. unam semis. Coque iterum igne lento et sub finem adde Bals. Indici nigri, Opobals. veri  $\overline{aa}$  Unc. unam, Ol. Lavend. Drachm. duas, Spicae Drachm. sex, et, si completum desideras, adde etiam Moschi et Zibethi  $\overline{aa}$  Scrup. semis, quae solvi queunt in oleis modo dictis. — Ph. Batav. Rad. Angelic., Aloës, Spic. Nardi, Flor. Hyperici  $\overline{aa}$  Unc. semis, cum Spir. Vin. rectificatissimi Libr. duabus per 3 dies digeri, et colaturae expressae Bals. Peruv. Unc. unam semis, Storac. Calam., Olibani, Myrrhae, Laccae in Gran., Benzoes  $\overline{aa}$  Unc. unam addi, iterum digeri per aliquot dies, tunc filtrari praescribit.

**BALSAMUM BURRY FOETIDUM Disp. Pragense** *Lasfianskýcher stinfender Balsam, Baume fétide de Burryus.*

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. unam, Ol. Rutae, Majoran., Anthos, Succini  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Ol. dest. Cran. humani foetid. q. s. M. f. Balsamum, Moscho et Ambra pro lubitu complendum.

**BALSAMUM AD CANCRUM BORIES.** Balsam gegen Krebs, *Baume contre le Cancer.*

Rec. Opii Gran. viginti quatuor, Sacchar. Saturni Unc. quatuor, Camphorae Drachm. unam, Essent. Terebint. Unc. duodecim. Digere per dies duos et filtra.

**BALSAMUM CARMINATIVUM ETTMÜLLERI.** *Ettmüller's Bindbalsam, Baume carminativ d'ETTMÜLLER.*

Rec. Ol. Chamomill., Anethi  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Ol. Cumini, Anisi, Carvi  $\overline{aa}$  Scrup. unum, Ol. Nucist. expr. Drachm. tres, Bals. Peruv. q. s. F. Balsamum.

**BALSAMUM CARYOPHYLLORUM.** *Reiffenbalsam, Baume de Girofles.* — Ex Ol. Caryophyllor. et Ol. Nucist. uti Balsamum Angelicae (p. 108.) paratur.

**BALSAMUM CATHOLICUM** seu innocentianum, Tinctura alcoholica Hyperici vulneraria, Alcohol cum Balsamis et Resinis seu balsamicum Ph. Hispan. *Allgemeiner Wundbalsam, Baume catholique.*

Rec. Flor. Hyperici Seminibus onustorum et siccorum, Rad. Calami arom.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Spirit. Vini rect. Libr. tres. Digere loco calido in vase clauso per aliquot dies, itendidem agitans. Quo facto adde Benzoes Unc. tres, Syracis, Bals. Tolutani  $\overline{aa}$  Unc. duas, Myrrhae Unc. semis. Digere iterum et cola. — Ph. Sardoæ Benzoes Unc. tres, Storac. Calamit. Unc. duas, Bals. Peruv. sicci Unc. unam, Aloës Succotr., Myrrhae, Olibani, Rad. Angelicae  $\overline{aa}$  Unc. semis, Flor. Hyperici Man. quatuor, praescribit. Rad. Angelicae et Flor. Hyperici cum Vino rubro bono per triduum digeri et in colatura expressa reliquas substantias, tunc iterum colari. — **BALSAMUM CATHOLICUM CUM SPIRITU VINI** obtinetur digerendo resi-

duum praecedens, addito Rad. Angelicae Unc. semis et Flor. Hyperici Unc. una, cum Spirit. Vini rectificat. Libr. quatuor per septimanam et colando.

**BALSAMUM CELLENSE Disp. Viennens.**

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. unam, Camphorae Drachm. semis. Ol. Lavend., Rutae  $\overline{aa}$  Scrup. quatuor, Ol. Salviae, Succini albi, Majoranae  $\overline{aa}$  Scrup. unum. Misc.

**BALSAMUM CEPHALICUM SAXONICUM Ph. Wirtemb., Balsamum SCHERZERI seu aromaticum Succorum. Sächsischer Hauptoder Gewürz-Balsam, Scherzer's u. s. w. Balsam. Baume cephalique.**

Rec. Olei destillati Lavendulae, Succini albi  $\overline{aa}$  Scrup. unum, Pulegii, Majoranae, Salviae, Anthos, Saturejae  $\overline{aa}$  Grana quodecim, Macidis, Rutae  $\overline{aa}$  Scrup. semis, Menthae, Origani  $\overline{aa}$  Grana duodecim, Nucis Moschatae expressi Unc. unam. Misceantur, et fiat Balsamum. — Disp. Brandenburg. Oleum Nucistae Drachm. sex, Ol. Lavend., Rutae  $\overline{aa}$  Scrup. tres semis, Ol. Salviae, Majoran.  $\overline{aa}$  Gutt. quodecim, Camphorae, Ol. Amygd. tritae, Scrup. unum misceri praescribit. — Ph. Danica Ol. Nucist. Unc. unam, Ol. Caryoph., Lavend., Anthos  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Ol. Succini Scrup. semis et Bals. Peruv. Drachm. unam, — Disp. Fuldense Ol. Nucistae Unc. unam, Ol. Succini, Caryoph.  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Lavend., Bacc. Junip.  $\overline{aa}$  Drachm. unam, — Disp. Lippia c. Ol. Nucistae Unc. semis, Ol. Succini Scrup. semis, Ol. Caryophyll., Anthos, Bals. Peruv.  $\overline{aa}$  Drachm. semis, — Ph. Saxona Ol. Nucistae P. octo, Ol. Caryoph. et Anthos  $\overline{aa}$  P. unam, Ol. Succin. rect. Part. unius Trientem et Bals. Peruv. nigr. Part. unam semis, — SCHLEGEL et WIEGLEB Ol. Nucistae Unc. unam, Ol. Caryoph., Ment. pip.  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Ol. Succini Scrup. unum et Bals. Peruv. n. Drachm. unam semis, — SPIELMANNUS Ol. Nucistae Unc. unam semis, Ol. Majoran., Lavend., Anthos, Succini, Serpylli  $\overline{aa}$  Drachmas duas, Ol. Rutae, Pulegii, Melissae, Menthae et Cardamomi  $\overline{aa}$  Scrup. unum, — VAN MOSS Ol. Nucistae expr. Drachm. tres, Ol. Caryoph., Lavend. et Succini rect.  $\overline{aa}$  Drachm. semis et Balsam. Peruv. Drachm. duas praescribit. (V. etiam Balsamum apoplecticum, aromaticum, cellense, episcopale, nervinum cet.)

**BALSAMUM CHALYBEATUM.** *Stahlbalsam, Baume d'Aiguilles Parisiensium.*

Rec. Acuum chalybearum Unc. semis. Dissolvantur in Aquae Fortis Sesquiuncia; solutioni addantur Ol. Olivarum Unc. duae semis, Spirit. Vini rect. Unc. duae. Leni calore detineantur et agitentur, usque dum probe sint unita. — VAN MOSS proponit, Aethiopem martialem in Aquae Fortis Part. una ad saturationem usque solvi et cum liquore filtrato sensim commisceri Ol. Olivarum Part. tres.

**BALSAMUM CHINENSE VETORINI** ex Tinctura Syracis cum Oleo aethereo constare fertur.

**BALSAMUM CHIRONIS** *Chiron's Balsam, Baume CHIRON.*

Rec. Ol. Olivarum Unc. sex, Terebint. Unc.



duas, Cerae flavae Unc. unam, Rad. Alkannae quant. suff. Calefac et adde sensim Bals. Peruv. nigr. Drachm. unam semis et Camphorae Grana duodecim. Cola. — HENRY et GUIBOURT Ol. Olivar. Unc. decem, Terebinthin. Unc. duas, Cerae flav. Unc. unam, Rad. Alkann. conc. Unc. semis, Balsam. Peruv. nigr. Drachm. duas semis et Camphor. pulv. Gran. duodecim commiseri proponunt.

**BALSAMUM CINNAMOMI.** Zimmtbalsam. *Baume de Cannelle.* — Uti Bals. Angelicae (p. 108.) paratur. — Ph. Wirtemb. Ol. Nucistae antea Spirit. Vini ope odore suo privari praescribit, — et SPIELMANNUS Bolo Armena tingi proponit.

**BALSAMUM CITRI.** Citronenbalsam. *Baume de Citron.* — Pari modo paratur.

**BALSAMUM COELESTE** Disp. Pragense.  
Rec. Rad. Paeon., Acori  $\bar{a}$  Unc. unam, Sem. Paeon., Visc. quern.  $\bar{a}$  Unc. semis, Flor. Anthis, Rosar. rubr., Lavend., Tiliae, Papav. errat., Nymphaeae  $\bar{a}$  Man. semis, Camphor. Drachm. unam, Santal. rubr. Drachm. duas, Extr. Castorei Drachm. unam, Tinct. Opii Drachm. duas, Spirit. Sanguin. humani Libr. unam, Spirit. Vini rect. Libr. semis. Inc. cont. stent per mensem in digestionem, dein servetur usui.

**BALSAMUM CONTRA COLICAM** ex SCHROEDERO. — Mixtio est Ol. Nucistae expr. Drachm. quinque, Axung. Cati silv. Drachm. duarum, Axung. Castor. Drachm. unius et Tinct. Castor. Scrup. unius.

**BALSAMUM COMMENDATORIS DE PERNE** seu **PERSICUM** Ph. Wirtemb., SPIELMANNI, Balsamum catholicum cum suo traumaticum Suecorum, Balsamum vulnerarium Persicum, Tinctura balsamica, Tinctura Benzoës seu Benzoini composita seu aloëtica sive balsamica, Elixir traumaticum, Guttae WODEI seu Jesuitarum, Balsamum FRIARI vel **VERVAINI**. *Commandeur* oder *Persischer Wundbalsam*. *Baume du Commandeur* ou *de PERNE*, *Baume traumaticque*, *Teinture balsamique* ou *de Benjoin composée*, *Alcoolé balsamique composé*.

Rec. Balsami Indici sicci Unc. unam, Styracis in Granis Unc. duas, Benzoës electae Unc. tres, Olibani electi Unc. semis. Trita solvantur in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. quindecim. Solutio per chartam filtrata servetur. Seorsim infundantur in Spiritus Vini rectificatissimi Unciis decem, Rad. Angelicae, Herb. Millefolii, Aloës Succotrinae, Myrrhae electae  $\bar{a}$  Unc. dimidia. Digesta et sufficienter extracta exprimantur; Essentia, pariter per chartam filtrata, superiori Solutioni addatur et optime per digestionem mixta serventur. — Disp.

Brunsvic. Rad. Angelic. Unc. semis et Flor. Hyperici Unc. unam in Spir. Vini rect. Unc. viginti octo digeri et in colatura expressa Myrrhae, Olibani  $\bar{a}$  Unc. semis, Styracis calam. Unc. duas, Benzoës Unc. tres, Bals. Tolutani Unc. unam, Aloës Succotr. Unc. semis solvi et, si lubet, Ambrae griseae Gran. sex addi praescribit, tunc per 40 dies insolari et iterum colari. — Ph. Gallicae praescriptio in capite rei cum hac congruit. — Ph. Borussica, Hannoverana, Ph. Hassiae EL, Polonica, Saxonica et Slesvico-Holsatica Benzoës Unc. quatuor semis, Aloës lucid. Unc. semis et Bals. Peruv. nigri Unc. unam in Spirit. Vini rectificatissimi Libr. tribus leni calore digeri, deinde filtrari praescribunt. — Ph. Danica Benzoës Unc. tres, Bals. Peruv. Unc. duas, Aloës hep. Unc. semis et Spirit. Vini rectificati Libr. tres praescribit. — Ph. Suecicae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Spirit. Vini rectificatissimi Unc. triginta praescribit. (Ph. Danic. edit. altera Bals. Peruv. Unc. unam, Styrac. in Gran. Unc. unam semis, Benzoës Unc. tres et Spir. Vini rectificatissimi Libr. tres.) — Ph. Dublin. et Londin. Benzoës Unc. tres, Styrac. Unc. duas, Bals. Tolutani Unc. unam, Aloës Unc. semis cum Spirit. Vini rect. p. sp. 0,835 Octariis duobus per 14 dies macerari tunc colari praescribunt. — Ph. Edinb. Bals. Peruv. et Spir. Vini rect. Libr. duas sumi jubet, ceterum cum praecedente formula congruit. — Disp. Fuldense et Ph. Herbipolitana et Amstelodamensis Benzoës Unc. tres, Aloës Unc. semis, Bals. Peruv. Unc. duas cum Spirit. Vini rect. Libris duabus digeri, tunc filtrari praescribunt. — Ph. Genevensis formula eadem est, nisi quod ad substantias designatas Sesquilibrium tantummodo Spiritus praescribit. — Ph. Lusitan. autem Libras duas semis sumi jubet. — PIDEBIT praescribit Flor. Hyperici rec. parum siccator. Unc. decem cum Spirit. Vini Libr. tribus per tres dies digeri, tunc in colatura expressa solvi Olibani, Elemi, Myrrhae  $\bar{a}$  Unc. duas, Aloës Drachm. duas, Bals. Peruv. nigr. Unc. unam. — Disp. Lippicum Flor. Hyperic. modice sicce. Unc. tres cum Spiritus Vini rectificatissimi Unc. novem per tres dies macerari, et in colatura expressa Benzoës Drachm. sex, Myrrhae Drachm. tres, Aloës Drachm. duas et Bals. Peruv. nigr. Unc. semis solvi praescribit. — VAN MONS Benzoës Part. sex, Aloës, Myrrhae, Olibani  $\bar{a}$  P. unam, Bals. Peruv. P. duas et Styrac. calamit. P. quatuor cum Spirit. Angelicae Part. septuaginta duabus per 8 dies digeri, tunc filtrari praescribit. — GRAY Benzoës Unc. octo, Styracis, Resin. Guajaci nat.  $\bar{a}$  Unc. sex, Balsami de Tolu, Aloës  $\bar{a}$  Unc. duas, Bals. Peruv. nigr. Unc. unam, Spir. Vini rect. Congium unum; — Vel: Benzoës Unc. viginti quatuor, Styracis Unc. duodecim, Bals. de Tolu Unc. octo, Resin. Guajaci nat. Libr. unam, Aloës, Olibani, Terebinth. Venet.  $\bar{a}$  Unc. octo, Pulv. Curcum. Unc. unam et Alcoholis Vini Congios duos et Aque Oct. quatuor praescribit. (Vid. etiam Balsamum aethiopicum et catholicum.)



**BALSAMUM COMMUNE AUGUSTINI.** Gemeiner Balsam. *Baume commun.*

Rec. Terebinth. commun. Libr. unam, Ceræ citrin., Ol. Terebinth., Oxy mellis simpl.  $\overline{aa}$  Unc. duas. Colliquefiant Cera et Terebinthina et terantur Oxymel et Oleum sub refrigeratione. — Unguenti Basilici et digestivi loco proponitur.

**BALSAMUM COPAIVAE REDUCTUM.** Reducirter Copaiwabalsam. *Baume de Copahu reduit.*

Rec. Bals. Copaivae Libr. sex, Olei Napi Libr. duas, Resinae flavae Libr. unam. Miscæ. — Alias formulae ad adulterandum Balsamum praetereamus.

**BALSAMUM CORDIALE SENNERII.**

Rec. Ol. Citri, Caryoph., Cinnamomi, Anthos  $\overline{aa}$  Scrup. semis, Ambrae, Moschi  $\overline{aa}$  Gran. sex, Extr. Croci Gran. septem, Confect. Alkermes Scrup. tres, Ol. Nucist. expr. q. s., ut f. Balsamum.

**BALSAMUM COSMETICUM Disp. Viennens.**

Rec. Ol. Amygd. dulc. rec. frig. expr. Drachm. tres, Sperm. Ceti recentis, Aceti Saturni  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Ol. Tart. per deliq. Scrup. unum. Miscantur exactissime.

**BALSAMUM COSMETICUM D. FAUST.**

Rec. Ung. pomatin. Unc. unam semis, Magist. Marcasitæ Drachm. tres, Ol. Jasmini Drachm. semis, Ol. Tart. per deliq. Scrup. duos. M.

**BALSAMUM AD DENTITIONEM CHARAS sec. SPIELMANNUM.** Charas' Zahnbalsam. *Baume pour la Dentition.*

Rec. Succ. expressi Cancrorum fluviatilium, Mucilag. Rad. Althacæ  $\overline{aa}$  Unc. duas, Butyri opt. Unc. tres, Axungiae Gallinae, Anatis  $\overline{aa}$  Drachm. duas. Mixta coquantur lento igne ad humiditatis consumptionem. Colaturæ addantur Sacchari Candi pulv. Unc. quatuor, Vitellum Ovi N°. unum. Probe miscantur.

**BALSAMUM AD DOLORES DENTIUM.** Zahnwehbalsam. *Baume contre les Douleurs des Dents.*

Rec. Camphoræ Drachm. duas, Spec. Imperator., Opii puri  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Ligni Santalini Drachm. unam, Ol. Caryophyll. et Origani, Bals. Peruv.  $\overline{aa}$  Scrup. unum, Moschi optimi Gran. quatuor, Ceræ albae, Ol. Amygd.  $\overline{aa}$  Unc. semis. Miscæ exactissime. (V. etiam Balsamum odontalgicum.)

**BALSAMUM EMBRYONUM v. Aqua (p. 64).**

**BALSAMUM EPILEPTICUM Th. HOEFMANNI.**

Rec. Extr. Rutæ Scrup. duos, Castorei Scrup. unum, Ol. dest. Succin. Scrup. semis, Ol. Juniperi Gutt. sex, Theriacæ Andr. Drachm. duas, Camphoræ Gran. quinque. Miscæ.

**BALSAMUM EPISCOPALE Disp. Viennens.**

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. duas, Ol. Succini, Anthos, Lavend.  $\overline{aa}$  Drachm. duas. Miscæ.

**BALSAMUM FRUILLETI v. Balsamum viride.**

**BALSAMUM FIORAVANTI ET CONTRACTUM FIORAVANTI, Spiritus seu Alcohol**

terebinthinatus compositus, Spiritus polyaromaticus. Fioravanti's Balsam. *Baume de FIORAVANTI.*

Rec. Bacc. Lauri rec. Unc. quatuor, Elemi, Tacamahacæ, Galbani, Olibani, Myrrhæ, Gummi Hederae  $\overline{aa}$  Unc. tres, Styracis liquidæ Unc. duas, Ligni Aloës Unc. tres, Rad. Galangæ min., Caryophyllor., Cinnamomi, Nuc. Moschat., Rad. Zedoariae, Zinziber., Dictamni albi, Aloës Succotr., Succini  $\overline{aa}$  Unc. unam, Spirit. Vini rect. Libr. octo. Digerantur per novem dies, tunc addantur Terebinthinae Unc. sedecim. Abstrahatur inde Spiritus, quem BALSAMUM FIORAVANTI SPIRITUOSUM appellant seu ALBUM. — Ex destillatione, quod residuum est retortæ commissum, lento igne destilletur, flavum quod inde elicitur Oleum BALSAMUM FIORAVANTI OLEOSUM dicitur. — Quo obtento augetur ignis, et quod jam prodit magma nigrum empyreumaticum, nomine BALSAMI FIORAVANTI NIGRI asservetur. — FERRARINI formula cum hac congruit. — Ph. Batava in appendice Caryophyll., Nuc. Moschat., Cinnamomi, Rad. Zinzib.  $\overline{aa}$  Part. unam, Storac. liquid., Myrrhæ et Galbani  $\overline{aa}$  Part. duas, Bacc. Lauri Part. tres, Terebinth. Venet. P. quatuor cum Spirit. Vini simpl. et Aquæ  $\overline{aa}$  Part. ducentis et sedecim destillari praescribit, donec prodierit dimidia Pars. — Eadem Parte secunda et BRUGNATELLI eo ab hac formula discrepant, quod Galbanum omittunt, Myrrhæ Partes tres, Tereb. P. octo, Spirit. Vini et Aquæ  $\overline{aa}$  Part. viginti praescribunt; de quibus destillando elici quartam Partem jubent. — VAN MOSS formula cum hac congruit, nisi quod Spiritus Vini Partes ducentas et sedecim praescribit et inde igne vivace abstrahi Partes centum et quadraginta. — Ph. Gallia a Terebinth. Part. quingentas sedecim, Elemi, Tacamahac., Succin., Galban., Myrrh.  $\overline{aa}$  Part. nonaginta sex, Styrac. liquid. Part. sexaginta quatuor, Fol. Dictamn. Cret., Aloës  $\overline{aa}$  Partes triginta duas, Bacc. Lauri rec. Part. centum et viginti octo, Rad. Galang., Zedoar., Zingiber., Cinnamom., Caryophyll., Nuc. Moschat.  $\overline{aa}$  Part. quadraginta octo, cum Spirit. Vini rectificati Part. tricis mille per dies tres macerari, tunc in balneo Aquæ destillari Part. bis mille quingentas praescribit. — LEMERYI formula cum hac fere congruit, addi autem porro proponit Moschi et Ambrae  $\overline{aa}$  Drachm. duas ad Spirit. Vini Libr. sex, — Disp. Argentorat. Albumin. Ovor. Libr. unam, Resinae Pini Unc. quatuor et Terebinth. Unc. sex misceri et ex baln. Mariae ad siccitatem destillari proponit. (V. etiam Balsamum aethiopicum p. 108.)

**BALSAMUM FOURCROYI seu de Chevallier La Borde. FOURCROY'S Balsam. Baume de Fourcroy, Eauole de Terebenthine composé.**

Rec. Ol. Olivarum Libr. quatuor, Pulv. Rad. Angelic., Scorzon., Flor. Hyperic., Bacc. Hederae  $\overline{aa}$  Unc. duas. Coque lenissimo igne, macera per noctem, altero mane ad ignem reponere et Oleo bullire incipienti adde Theriacæ, Croci, Extr. Juniperi  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Aloës Drachm. unam. Coque, cola, per aliquot ho-



ras sepone, et ad ignem repositis adde Terebinth. Unc. decem. Coque donec nullus Terebinthinae amplius odor exhaletur; ab igne deinde remove et adde Pulv. Olibani, Storacis et Benzoës  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. unam semis. Misce, donec penitus refrigerint, per duas vel tres dies sepone, ut subsideant, cola per pannum gossypinum et in lagenâ serva.

**BALSAMUM FRAHMII**, Unguentum Balsami et Olei Laricis seu Terebinthinae, Linimentum digestivum Pharm. Bavar. *Frahm's Balsam. Baume de FRAHMIIUS.*

Rec. Tereb. Venet. Unc. tres, Cerae flavae Unc. semis. Liquefact. adde terendo Ol. Terebinth. Unc. semis. — Ph. Bavaric. et VAN MONS designatarum substantiarum Partes aequales misceri proponunt. — SWEDIAUR Cerae et Tereb.  $\overline{\text{aa}}$  P. quatuor et Ol. Tereb. Part. unam. — Unguenti digestivi loco applicatur.

**BALSAMUM FRIARI** cum Balsamo Commendatoris congruit.

**BALSAMUM GALBANETUM SENNERTI.**

Rec. Galbani Libr. semis, Ol. Terebinth. Libr. tres. Digerantur per 14 dies, tunc destillentur, additaque Ol. Lavendulae Unc. una; iterum destillentur vel saltem aliquamdiu digerantur, vel si Balsamum hoc cum Spiritu Vini circuletur, penetrantissimum fit. — JUNGKENS formula magis composita est.

**BALSAMUM GENEVAE** seu Unguentum de Terebinthina camphoratum. *Généveven-Balsam. Baume de GENEVEVE.*

Rec. Ol. Olivarum Part. trecentas et octoginta quatuor, Cerae flavae P. sexaginta quatuor, Lign. Santal. rubr. pulv. Part. sedecim, Terebinth. Part. centum viginti octo, Camphorae P. duas. Digerantur leni calore, Camphora vero paullo ante addatur misceturque quom refrigerit Unguentum — FERRARINI et VAN MONS formula cum hac in capite rei congruit. — CADET Vini rubri, Ol. Olivarum  $\overline{\text{aa}}$  Libr. tres, Cerae flavae, Aq. Rosar.  $\overline{\text{aa}}$  Libr. semis et Lign. Santal. rubr. Unc. duas per horam dimidium coqui, tunc addi Tereb. Venet. Libr. unam et postremo Camphorae pulv. Unc. duas praescribit. Omnibus bene mixtis servetur Balsamum.

**BALSAMUM GILEADENSE** seu de Mecca factitium. *Künstlicher Meckabalsam. Baume de Mecca factice.* — Obtinetur sec. GRAY liquefaciendo Resinae flavae Libr. duas, addendo Tinct. Benzoës tantundem, evaporando ad justam consistentiam et admiscendo postremo Ol. Limonis Libr. tres, Ol. Anthos et Carvi  $\overline{\text{aa}}$  Libr. duas.

**BALSAMUM IN GONNORRHOEA WALDSCHMIDII.** — Ex Ol. Succini Gutt. decem, Ol. Tereb. Gutt. novem, Bals. Peruv. et Copaivae  $\overline{\text{aa}}$  Gutt. tribus constat.

**BALSAMUM** seu **OLEUM GOULARDI** sive Saturni BATEANUM. *Goulardischer oder Bleibalsam. Baume ou Huile de GOULARD ou de Saturne.*

Rec. Sacchari Saturni Unc. quatuor. Superaffunde Ol. Tereb. Unc. duodecim. Digere per

aliquot dies, donec colorem rubrum acquisiverit. — PIDERIT., VAN MONS et aliae formulae in capite rei cum hac congrunt; saepius autem minus definitae sunt.

**BALSAMUM GUAJACI.** *Guajacbalsam. Baume de Guajac* sec. VAN MONS.

Rec. Bals. Peruv. Part. unam, Resin. Guajac. nativ. Part. quatuor, Axung. Porci rec. P. triginta duas. Liquefiat Axungia cum Resina, coletur et admisceatur Bals. Peruv. (Vid. et Elix. et Tinet. Guajaci composita.)

**BALSAMUM GUAJACI SAPONACEUM** v. Sapo guajacinus.

**BALSAMUM HISPANICUM** ex SCHROEDERO. *Spanischer Balsam. Baume d'Espagne.*

Rec. Ol. vetustissimi Unc. quatuor, Terebinth. Unc. octo, Frumenti integri Unc. unam semis, Flor. Hyperici, Rad. Valerian. et Card. bened.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam, Olibani el. Unc. duas. Rad. et Herb. conc. affunde tantum Vini albi, ut omnia submergentur; stent per biduum, tunc adde Frumentum et Oleum, ac coque ad Vini consumptionem, cola cum expressione, tunc addatur Terebinth. et Olibanum; iterum ebulliant et refrigeratum servetur.

**BALSAMUM HYPERICI MAGISTRALE** v. Oleum.

**BALSAMUM HYPNOTICUM CONCENTRATUM** MYNSICHTI.

Rec. Ol. Nucistae expr. Unc. semis, Ol. Lign. Rhodii, Ol. Hyosc. express.  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. duas, Ung. Popul. Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Ambrac. Scrup. semis, Moschi Gran. sex. Misce.

**BALSAMUM HYSTERICUM Parisiensium.** *Mutterbalsam. Baume hysterique.*

Rec. Asphalti, Galbani, Ladani  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. unam, Asae foet. Scrup. unum, Aloës Drachm. unam, Castorei, Opii  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. semis. Optime mixtis adde Ol. Rutae, Succini,  $\overline{\text{aa}}$  Gutt. decem, Ol. Absinth., Sabinae, Tanacetii, Petrae rect.  $\overline{\text{aa}}$  Gutt. duodecim, Ol. Nucist. expr. Scrupulos duos. M. — Alias formulas pristinas praetercamus.

**BALSAMUM INNOCENTII XI.**

Rec. Olibani el., Myrrh. el., Aloës Succotr., Bals. de Tolu sicc., Gum. Hederae, Rad. Gentian., Angelic.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam semis, Herb. Consol. maj., Flor. Anthos  $\overline{\text{aa}}$  Unc. semis, Hyperici Unc. unam semis, Opobals. veri, Croci Austr.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. semis, Benzoës in Gran., Bals. Peruv. nigr.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. duas. Inc. cont. affunde Spirit. Vini tartarisati opt. Libr. quatuor. Digerantur per 14 dies, filtrentur forti expressione, et addantur Ol. Abietis, Terebinth.  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. sex. Digere iterum per 4 dies et serva. — Si **BALSAMUM COMPLETUM** desideratur, in fine addi poterunt Ambrac. griseae Drachm. duae et Moschi Drachm. una. (V. etiam Balsamum aethiopicum.)

**BALSAMUM ISCHAEMATICUM** v. Bals. adstringens (p. 107.)

**BALSAMUM ISCHAEMUM** Disp. Viennens. Rec. Sang. Dracon. in lacrym. Unc. semis,



Benz. amygd. Unc. unam, Ol. Tereb. Unc. duas, Spir. Vini rectificatissimi Libr. duas. Infundantur probe mixta, ut fiat Balsamum.

BALSAMUM ITALICUM v. Bals. LOCATELLI.

BALSAMUM LAVENDULAE. Lavendelbalsam. *Baume de Lavande*. — Uti Bals. Angelicae (p. 108.) paratur. — SPIELMANNUS proponit Coeruleo montano tingi.

BALSAMUM LECTORIS seu Lectorense. Lectorbalsam. *Baume de Lecture ou de Letour, de Vinciguerre ou de Condom sec. SPIELMANN., Myrolé d'Ambré et de Muse composé.*

Rec. Camphorae et Croc. pulv.  $\frac{aa}$  Drachm. unam, Moschi et Ambrae  $\frac{aa}$  Drachm. semis. Infundantur in vase clauso per aliquot dies leni calore cum Ol. Petrae albi, Ol. Lavendul., Terebinth., Bacc. Junip., Caryophyllor.  $\frac{aa}$  Unc. una, Ol. Macid., Nuc. Moschat. aeth.  $\frac{aa}$  Drachm. duabus, Ol. Benzoes Unc. semis. — Usus tempore decantheur Olei quantum opus est.

BALSAMUM LIBOSCHUTZII seu Balsamum resinosum antirrhematicum LIBOSCHUTZII. *Liboschütz's Gesundheitsbalsam. Baume de Liboschütz.*

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi Unc. decem, Picis Burgundicae quantum satis, ut fiat leni calore solutio saturatissima syrapi consistentia, cui adde Bals. Vitae HOFFM., Tereb. Venet.  $\frac{aa}$  Drachm. sex, Camphorae Unc. semis, Tinct. Cantharidum Drachm. sex. Misce, serva in vase clauso. Illinatur bis terve linteo vel panno sericeo (Taff) et exsiccetur aëre. (V. etiam Taffetas antirrhematicus)

BALSAMUM LIGNI RHODII. Rosenholz-Balsam. *Baume de Bois de Rhode*. — Uti Bals. Lavendulae paratur.

BALSAMUM LIQUIRIITIAE. Süßholz-balsam. *Baume de Reglisse sec RENNIE*. — E Liquiritia, Opio et Balsamo Tolutano constare fertur.

BALSAMUM LOCATELLI seu Italicum rubrum, Unguentum terebinthinatum Ph. Wirtemb., Helv., SPIELMANNI, *Locatelli's Balsam. Baume de LOCATELLI, Retinolé d'Huile et de Baume de Perou.*

Rec. Olei Olivarum Unc. sex, Ceræ citrinae Unc. quatuor, Vini Canariensis Unc. quinque. Leni igne ad consumptionem Vini coctis, adde Terebinth. Venetae clarae Unc. sex, Balsami Peruviani Drachm. duas, Santali rubri alcohol. Unc. semis. — Ph. Batavae, Genevensis et VAN MONS formula cum hac congruit, Vinum autem omittit. — Disp. Brandenburgicum Ceræ citrinae Unc. octo, Sang. Dracon. Unc. semis, Maniæ Drachm. duas, Herb. Bellid. min. Man. unum, Fol. Lauri et Summit. Anthos  $\frac{aa}$  Man. semis leniter ebulliri, tunc Storac. liquidæ Libr. semis, Tereb. de Cypro aut Venet. Unc. quatuor, Ol. Hyperic. Unc. unam, Ol. Olivar. Libr. duas semis, Aq. Rosar. rubrar. aut Damascenar., Plantagin.  $\frac{aa}$  Libr. unam, Aq. fontan. Libr. duas semis addi, per quadrantem horæ calefieri, cavendo autem ne bulliant, tandem addi praescribit. Bals. Peruv. nigr. et Pulv. Santal. rubr. subt.  $\frac{aa}$  Unc. unam. Omnia tunc ad ebullitionem usque aliquan-

tisper calefiant, postea per setaceum colentur; colatura stet in quiete, donec refrigescat. Balsamum liquori aëqueo innatans separetur, denuo seorsim liquetur et in vascula chartacea effundatur. — Disp. Brunsvic. Ceræ flavæ Libr. unam, Ol. Olivar. et Terebinthin. Venet.  $\frac{aa}$  Libr. unam semis, Balsami Copaivæ Unc. duas et Sanguinis Draconis pulv. Unc. unam commiseri praescribit. — Disp. Fuldense Ol. Oliv. Unc. novem, Ceræ flavæ Unc. tres, Terebinth. Argentoratens. Unc. sex, Bals. Copaivæ Unc. unam et Gummi Kino Drachm. sex l. art. commiseri proponit. — Disp. Lipiacci formula in summa rei cum hac congruit. — Ph. Palatina Ceræ flavæ Unc. sex, Ol. Olivar. Unc. novem, Tereb. Venet. Unc. quinque, Bals. Peruv. Drachm. sex et Santal. rubri pulv. quant. satis praescribit. — Ph. Saxonica Cer. flav. Part. unam, Ol. Olivar., Tereb. Venet.  $\frac{aa}$  Part. unam semis, Bals. Peruv. nigr. Partis unius sextam decimam et Kino pulv. Part. unius duodecimam commiseri jubet. — RATIER, HENRY et GUIBOURT et FERRARINI Ol. Oliv., Tereb.  $\frac{aa}$  Unc. novem, Ceræ flavæ Unc. sex, Vini Hispan. Unc. duas, Santali rubr. Unc. unam et Bals. Peruv. nigr. Unc. unam semis praescribunt. — Ph. Sardo a Ol. Olivar. Libr. duas, Vini Maderani Libr. unam, Tereb. Venet. Unc. octo, Bals. Peruv., Sang. Dracon. et Storac. calamit.  $\frac{aa}$  Unc. unam praescribit.

BALSAMUM LOEMICUM HENSIANUM Pharm. Augustanae.

Rec. Ol. Camphorae, Ol. Succini et Citri  $\frac{aa}$  quant. lubet. Misce, digere in Balneo lenissimo calore, donec perfectissime inter se unita sint.

BALSAMUM AD LORICANDUM CADAVER CONDITUM. Balsam zum Ueberziehen einbalsamirter Leichen. *Baume pour enbaumer les Cadavers.*

Rec. Bals. Peruv., Copaivæ, Storacis liquid.  $\frac{aa}$  Unc. quatuor et viginti, Ol. Nucistae expr. Unc. octo, Ol. Lavend. Unc. duas, Ol. Thymi Unc. semis. Liquefiant leni igne.

BALSAMUM MACIDIS. Macisbalsam. *Baume de Macis*. — Uti Balsamum Angelicae obtinetur.

BALSAMUM MAGISTRALE BATEANUM. *Bate's Magistralbalsam. Baume magistral de BATE.*

Rec. Tereb. Venet. Unc. octo, Styrac. liquid. Unc. quatuor, Ol. Olivar. opt. Libr. unam semis, Ol. Hyperici, Laurini, Spicae, Petrae  $\frac{aa}$  Unc. unam, Carannae, Lign. Santal. rubr. pulv., Benzoes, Sang. Dracon.  $\frac{aa}$  Unc. unam, Ceræ Unc. quatuor semis. Bulliant per horam, deinde addantur Ol. dest. Bacc. Junip. Unc. una, Ol. Cinnamomi Drachm. semis, Ol. Caryoph. Drachm. una.

BALSAMUM MAJORANAE. Majoranbalsam. *Baume Marjolaine*. — Uti Bals. Caryophyllorum paratur. — SPIELMANNUS Herbae Majoranae ope tingi proponit — et Disp. Brandenburg. Succo inspiss. Flor. Iridis. BALSAMUM MARRUBII FORDI. *Ford's An-*



ſternbalfam. *Baume de Marrube de Ford.* (Ford's Balsam of Horehound sec. GRAY.)

Rec. Herb. Marrub., Rad. Liquirit.  $\overline{aa}$  Unc. quadraginta quatuor, Aquae q. s., ut fiant post infusionem col. express. Octar. sex; adde Spirit. Vini Octar. duodecim, Camphorae Drachm. decem, Opii et Benzoës  $\overline{aa}$  Unc. unam, Rad. Squill. sic. Unc. duas, Ol. Anisi Unc. unam, Mellis crudi Unc. quadraginta quatuor. Misce digerendo.

**BALSAMUM MARTIALE BATEANUM.**

Rec. Limat. Chalyb. Unc. quatuor. Affunde Ol. Terebinth. Unc. quinque, postea guttatim Aquae Fortis Unc. tres. Digerere leni calore per aliquot dies, deinde decantha purum.

**BALSAMUM MATRICALE TH. HOFFM.**

Rec. Galbani purissimi, Sagapoen.  $\overline{aa}$  Drachm. sex, Asae foetidae Unc. semis, Ammonioci Drachm. unam. Solve in suff. quant. Ol. Juniperi et Terebinthinae, tunc adde Ol. dest. Lauri Scrup. semis, Ol. Succini Drachm. semis.

**BALSAMUM MELLIS HILLII.** Hill's Honigbalsam. *Baume de Miel de Hill.* (Balsam of Honey.)

Rec. Mellis et Balsami Tolutani liquidi  $\overline{aa}$  Partes aequales. Diluantur suff. Spirit. Vini quantitate. — Etiam sine Spiritu tamquam pectorans commendatur. — Alia formula ex Bals. Tolutani Unc. duabus, Styracis Drachm. duabus, Opii Unc. semis, Mellis optimi Unc. octo et Spirit. Vini rect. Octar. duobus constat. (V. etiam Tinct. balsamica.)

**BALSAMUM MERCURIALE v. Bals. ophthalmic.** rubrum, St. Yves et Ung. ad Scabiem (Hydrargyri seu mercuriale) citrinum.

**BALSAMUM MERCURIALE PLENGKII** sec. SPIELMANN. *Pfeifers Mercurialbalsam, Baume mercuriel de PLENGK.*

Rec. Mercurii vivi Drachm. duas. Extinguantur probe in Terebinthinae Drachm. una, addantur Axungiae Porci Drachm. sex, Bals. Arcaei Drachm. novem et Mercurii dulcis Grana viginti et tria. Exactissime misceantur.

**BALSAMUM MIRABILE FULLERI.** *Wunderbalsam. Baume admirable.*

Rec. Olibani Unc. duas, Mastich., Caryoph., Galang., Macid., Cubeb.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Lign. Aloës Unc. unam. Cont. affunde Mellis Libr. semis, Tereb. Ven. Libr. unam, Spir. Vini quant. sat., ut fiat Tinctura saturata. Destilla ex baln. Mar., Liquorem decolorem primum prodeuntem separa, et sequentem rubro-colouratum in altero excipulo collige et rectifica (V. etiam Sapo acidus.)

**BALSAMUM MIRABILE seu COMPOSITUM.** ex SCHROEDERO.

Rec. Balsami Momordicae Unc. quatuor, Sulphuris per Ol. Terebinth. extract. Unc. unam semis, Ol. Hyperici magistralis Unc. duas, Tinct. Martis, Magnetis albi pulv.  $\overline{aa}$  Unc. semis. Digerantur per mensem.

**BALSAMUM MOMORDICAE v. Oleum.**

**BALSAMUM MORTUORUM LE MORT.**

Rec. Aloës Succotr. Unc. sex, Myrrhae el. Unc. octo, Styrac. liquid., Benzoës  $\overline{aa}$  Unc. unam, Spir. Salis communis Unc. quatuor, Spir. Vini rectificatissimi Libr. quatuor. Digerere per aliquot dies in baln. Mariae, donec liquor probe tinctus extet, quem decantha et serva.

**BALSAMUM MUNDIFICANS** sec. HENSIUM. *Reinigender Wundbalsam. Baume mondifiant.*

Rec. Bals. Peruv. nigr. Drachm. unam, Pulv. Aloës et Myrrhae  $\overline{aa}$  Scrup. duos, Tereb. Venet. Scrup. unum, Corpor. pro Balsamo q. s., ut fiat Balsamum.

**BALSAMUM seu POTASSIDUM MYRRHAE.** *Myrrhenbalsam. Baume de Myrrhe* sec. VAN MONS.

Rec. Myrrhae pulv. P. octo, Alkali veget. caust. sic. P. unam. Contere et adde sensim Aquae tantum, ut totum colari possit; fac subsidere, decantha et leni igne ad balsami consistentiam evapora. — SWEDIAUR Lixivii Saponarior. Unc. duas et Myrrhae pulv. Unc. unam commisceri proponit.

**BALSAMUM NARCOTICUM VAN MONS.** *Nar-fotijder Balsam. Baume narcotique.*

Rec. Ol. Terebinthinae et Ol. Vitrioli  $\overline{aa}$  Part. aequales. Insilla sensim caute Acidum in Ol. Terebinthinae. Post refrigerationem edulcora massam cum Aqua calida, donec Acidum liberum elotum sit.

**BALSAMUM NEPHRITICUM LE MORT.**

Rec. Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor, Ol. Papav. alb. rec., Ol. Lini rec.  $\overline{aa}$  Unc. duas, Ol. Nucistae expr. Unc. semis, Ol. Petrae Drachm. quinque. Balsam. Copaivae Drachm. sex, Bals. Peruv. Drachm. duas, Ol. Juniperi Scrup. quatuor, Ol. Anisi Drachm. unam, Ol. Vitrioli Unc. unam, Camphorae Scrup. duos. Misce.

**BALSAMUM NERVINUM PARISIENSIS** sec. SPIELMANN., Unguentum ex Oleis volatilibus, Balsamo Peruviano et Camphora compositum. *Pariser Nervenbalsam. Baume nervin ou nerval, Liparolé de Muscate composé.*

Rec. Ol. Palmae, Ol. Nuc. Moschat, Medull. Cervi, Cruris Bovis  $\overline{aa}$  Unc. quatuor, Axung. Hominis, Taxi, Viperar.  $\overline{aa}$  Unc. unam. Leni calore liquatis adde Ol. Lavendul., Menth., Anthos, Salviae, Thymi, Caryophyllor.  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Camphorae Drachm. duas, Balsami Indici sicci Unc. unam. Duo ultimo loco posita dissoluta in Spirit. Vini quantitate sufficiente mixta asserventur. — Ph. Gallica et CADET Medullae Bovis et Ol. Nucistae  $\overline{aa}$  Unc. quatuor, Ol. Anthos Drachm. duas, Ol. Caryoph. Drachm. unam, Camphorae Drachm. semis, Bals. Indici sicci Drachm. duas, in Alcoholis Vini Unc. semis solutas commisceri praescribit. — HENRY et GUIBOURT, Medull. bovin. pur. Unc. quatuor, Axung. Porc. Unc. duas, Ol. Nucistae expr. Unc. quatuor, Ol. Caryophyll., Lavend., Menth., Anthos, Salviae, Thymi  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Camphorae Drachm. unam, Bals. de Tolu Drachm. quatuor, Spirit. Vini rectific. Unc. unam misceri proponit. (Conf



etiam Balsamum apoplecticum [p. 109.] et cephalicum [p. 111.]

**BALSAMUM NUCISTAE** Ph. Wirtemb. *Muscatenbalsam. Baume de Muscate.*

Rec. Olei Nucistae expressi Drachm. duas, Olei Nucistae destillati Scrup. duos. Misceantur. — Ph. Borussica Ceræ flavae Unc. unam, Ol. Amygd. Unc. duas, Ol. Nucistae Unc. tres liquefieri et inter refrigerationem Ol. Macidis guttas viginti quatuor addi praescribit. — SUNDLEIN proponit Ol. Nucistae Drachm. unam, Gummi Arabici Drachm. duas, Aq. Cascarillae Unc. quatuor et Syr. Cort. Aurant. Unc. unam l. a. misceri.

**BALSAMUM ODONTALGICUM** Ph. Wirtemb. et Helveticae cet. *Zahnwehbalsam. Baume odontalgique ou contre le Mal de Dent.*

Rec. Olei Ligni sancti Drachm. duas, Ol. Caryophyllorum Drachm. unam, Opii, Camphorae  $\overline{aa}$  Scrupulos duos, Ol. Nucistae expressi Drachm. sex, Opium et Camphora Spiritu Vini pauillo soluta, misceantur cum reliquis.

**BALSAMUM OPHTHALMICUM** AUGUSTINI v. Balsamum aromatico-aethereum (p. 110.).

**BALSAMUM OPHTHALMICUM CITRINUM** seu FLAVUM sec. VAN MONS. *Baume ophthalmique jaune.*

Rec. Mercurii praecip. rubri Part. unam, Ceræ citrinae Partes sex, Butyri recentis optime loti Part. duodecim. Misce exactissime.

**BALSAMUM seu UNGUENTUM OPHTHALMICUM RUBRUM**, Unguentum mercuriale, Mercurii seu Hydrargyri rubrum, Unguentum Hydrargyri oxydati seu Oxydi Hydrargyri rubrum sive nitrati, Unguentum Oxydi Hydrargyri seu hydrargyrici, Pomatum de Praecipitato rubro seu ophthalmicum PEULETANI, Butyrum cum Oxydo Mercurii rubro, Unguentum cathaereticum seu corrodens. *Rother Augenbalsam oder rothe Augensalbe, Rothe Quecksilber- oder Merkurialsalbe. Baume ophthalmique rouge, Pommade ophthalmique rouge ou d'Oxyde rouge de Mercure, Pommade de Lyon, Liparolé d'Oxyde mercuriel, Rouge pour les Maux des Yeux.*

Rec. Butyri recentis insulsi Unciam unam, Mercurii praecipitati rubri subtilissime triti Grana sedecim. Misce exactissime in mortario lapideo vel vitreo (sec. HUFELAND.). Non nisi requisitum paratur. — Balsamum

vetustum, rancidum, decolor., omnino rejiciendum.

AUGUSTIN ad Unciam unam Butyri recentis duodeviginti Mercurii praecipitati rubri Grana praescribit, — Ph. Danica et Suecica Drachmam unam, — Ph. castrensis Ruthena ad unam Merc. praec. rubri Partem, quatuor Butyri rec. Partes, — FERRARINI tres et RENNIE octo praescribit, — Ph. Batava et Belgica ad Uncias quatuor Axungiae Porci depuratae, Mercurii praecipitati rubri Drachmam unam, — Ph. Amstelod. Grana quadraginta, praescribit, — Ph. Edinburgensis autem ad octo Axungiae Partes unam Merc. praecip. rubri Partem, — Ph. Hannoverana, Ph. Hassiae El. et Slesvico-Holsatica ad Unc. semis Mercurii praec. rubri Uncias quinque Axungiae Porci praescribunt. — Ph. Helvetica Mercurii praecipitati rubri Scrupulos duos cum Butyri recentis, Aqua Rosarum loti, Uncia semis misceri jubet. — Ph. Borussica Grana decem Mercurii praecipitati rubri cum Uncia una Unguenti simplicis misceri jubet, — Ph. castrensis Borussica Merc. praec. rubri Drachmas duas, Ceræ flavae Unc. semis et Butyri rec. insulsi Unc. unam praescribit. — Ph. Dublinensis ad unam Merc. praec. rubri Partem duodecim Unguenti Ceræ albae Partes praescribit. — Ph. Londinensis Mercurii praec. rubr. unam, Ceræ albae duas et Axungiae praep. sex Partes praescribit. — Disp. Lippiacum Butyri Cacao, Ol. Olivarum, Ceræ albae  $\overline{aa}$  Part. duas cum Merc. praecip. rubri Parte una misceri suadet. — Ph. Oldenburg. Merc. praec. rubr. Partem unam, Butyri et Ceræ albae  $\overline{aa}$  Part. duas, — Ph. Hamburg. p. p. edit. secund. Ceræ flavae et Butyr. rec.  $\overline{aa}$  Drachm. unam cum Merc. praec. rubri Drachma semis commisceri praescribit. — Ph. Polonica Merc. praec. rubri Part. unam et Unguent. cerei Part. decem praescribit. — Ph. Rossica Butyri rec. insulsi Drachm. tres, Ceræ albae Grana quadraginta quinque et Mercurii praecipitati rubri Grana septendecim misceri jubet. — Ph. Saxonica Merc. praecipitati rubri Part. unam, Butyri rec. Partes novem et Ceræ albae Partes tres praescribit. — SPIELMANNUS sec. Ph. Danicam veterem Merc. praec. rubri Grana centum et triginta quinque cum Ceræ albae Drachm. sex et Butyri rec. Unc. tribus misceri proponit. — HENRY et GUIBOURT Merc. praec. rubri Part. unam cum Unguenti Pomatin Part. sedecim misceri suadent. — VAN MONS Camphorae Part. unam, Cinnabaris Part. duas et Merc. praec. rubri Part. quatuor cum Cerati albi Part. nonaginta quatuor misceri proponit. (Conf. et Ceratum, Pomatum et Unguentum.)

**BALSAMUM seu UNGUENTUM OPHTHALMICUM ST. YVEANUM** sive ST. YVII. Balsamum mercuriale. *St. Yves Augenbalsam. Baume ophthalmique de St. YVES, Onguent ophthalmique rouge.*



Rec. Butyri recentis non saliti Uncias tres, Ceræ albae Unciam dimidiam. Liquefactis et parum refrigeratis admisce Mercurii præcipitati rubri subtilissime pulverisati Drachmas duas cum dimidia, Florum Zinci Drachmam unam, Camphoræ in Oleo rec. Ovorum solutæ Scrup. duos cum dimidio. Misceantur exactissime in mortario lapideo, et fiat lege artis Balsamum. — Pariter semper recens parandum, cum item mox corrumpatur.

Hæc formula aequa a nonnullis Pharmacopœis immutata est. Sic Disp. Brunsvic. Florum Zinci loco Tutiam pptam sumi proponit ceterum cum præcepto, quod nos dedimus, congruit. — Ph. Hassiæ El., Herbiopolitana et PIDEBIT eo solummodo discrepat, quod Granorum quinquaginta Camphoræ loco quadraginta quinque sumi suadet. — Ph. Saxonica Balsami ophthalmici rubri Drachmam unam, Camphoræ Granum unum et Flor. Zinci Grana duo admisceri proponit. — AUGUSTIN Butyri rec. Drachm. duas, Merc. præc. rubr. Grana quinque, Tutiae pptæ Gran. quatuor et Camphoræ Grana duo misceri proponit. — SPIELMANNUS Bals. ophthalmici rubri Unc. duabus Camphoræ Scrupul. unum et Tutiae Drachm. semis admisceri proponit. — VAN MOSS ad Ung. ophthalm. rubr. Camphoræ Drachm. semis, Merc. præc. rubr. et Flor. Zinci  $\bar{a}$  Drachm. unam semis, Ceræ flavæ Unc. unam et Butyri rec. loti Unc. sex misceri proponit. — Ph. Hamb. p. p. edit. prim. nomine Balsami ophthalmici Sr. Yves Butyri rec. Drachm. unam, Ceræ albae Drachm. semis et Merc. præc. rubri Grana quindecim misceri suadet. (Conf. et Balsamum præcedens.)

BALSAMUM OPIATUM v. Balsamum anodynum (p. 103.).

BALSAMUM OPODELDOC, Unguentum Opodeldoch, Opodeldoc, Balsamum Saponis, Linimentum saponato-camphoratum, saponaceum seu Saponis compositum, Sapo aromaticus seu ammoniacocamphoratus, sive alcoholico-ammoniatum, (Sapo ex Medulla bovina ammoniacalis camphoratus) Tinctura Saponis camphorata. Opodeldoc, Gefampferter Seifenliniment, Alkoholhaltige Ammoniakseife, Kampherhaltige Seifensalbe. Baume Opodeldoch, Savon ammoniacale camphré.

Rec. Saponis albißimi e Sebo confecti Uncias quatuor, Spiritus Vini rectificatissimi Uncias quadraginta quatuor, Camphoræ Unciam unam. Digere leni calore in balneo Mariae, ut solvatur, tunc adde Olei Anthos Unc. unam semis, Ol. Bergamottæ Unc. semis, Ol. Thymi Scrup. quatuor et Spiritus Salis Ammoniaci caustici Unc. unam semis; filtra statim, et immitte liquorem

adhuc calentem in lagunculas ore amplo præditas, quæ aquæ frigidae immergentur, donec Balsamum refrigerit; serva bene obturatas. — Massa decolor, subdiaphana, opalescens, gelatinae durioris consistentia, odore grate aromatico-ammoniacali: lenissimo calore facile deliquescit, cuti infricata penitus fere avolat et resorbetur. — Vis: discutiens, resolvens, corroborans, anodyna. — Usus: Ad infricandum.

Multifariae sunt compositiones ad parandum hoc Balsamum. — Ph. Austriaca Saponis Unc. tres, Spirit. Vini p. sp. 0,85 Libr. unam, Ol. Anthos Unc. semis, Spir. Salis Ammon. caust. Unc. duas et Camphoræ Unc. semis l. a. misceri præscribit. — Ph. Bavarica Saponis sebacei Part. sex, Camphoræ P. unam, Spirit. Vini rectificati P. viginti quatuor, Ol. Anthos P. unam et Spir. Salis Ammon. caustici P. sex sumi jubet. — Ph. Belgica Saponis albi Unc. duas semis, Spirit. Anthos Libr. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. et Camphoræ  $\bar{a}$  Drachm. duas præscribit. — Ph. Borussiae et Slesvico-Holsatica Saponis domestici albißimi et Hispanici albi singulorum siccatorum Unc. unam semis et Camphoræ Drachm. tres in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. viginti solvi, et Liquori filtrato adhuc calenti addi præscribit Ol. Thymi Drachm. semis, Ol. Anthos Drachm. unam et Spirit. Sal. Ammon. caustici Drachm. tres. — Ph. Hannoveranae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Unciarum viginti loco quatuordecim tantum Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sumi proponit. — Ph. castr. Borussiae Saponis domestici sebacei Unc. unam semis, Spir. Vini rectificatissimi Unc. quinque semis, Aquæ Unc. unam, Camphoræ Drachm. unam, Ol. Anthos Cuttas quinquaginta et Spirit. Sal. Ammon. caustici Drachm. unam, — Ph. Gallica Saponis ex Medulla bovina Part. sexaginta quatuor, Spirit. Vini rectificatissimi P. trecentas septuaginta sex, Aquæ Thymi P. sexaginta quatuor, Camphoræ P. viginti quatuor, Ol. Anthos P. sex, Ol. Thymi P. unam et Spirit. Sal. Ammoniaci caustici P. octo, — FERRARINI, SWEDIAURI, TADDEI et VAN MONS formulae in capite rei cum hac congruunt. — Ph. Hassiæ El. Saponis domest. Unc. duas semis, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. viginti, Aq. dest. Unc. duas, Camphoræ Drachm. tres, Ol. Anthos Drachm. unam semis, Ol. Thymi Drachm. unam et Spirit. Sal. Ammon. caustici Unc. semis, — Ph. Polonica Sapon. domestici sicc. Unc. duas, Spirit. Vini rectificati Libr. unam, Camphoræ Unc. unam, Ol. Anthos Drachm. unam et Spir. Sal. Ammon. caustic. Unc. unam, — Ph. Saxonica Sapon. domestic. sicc. P. duas, Spir. Vini rectificatissimi Part. duodecim, Camphoræ P. unam semis, Spir. Sal. Ammon. caust. P. dimidiam, Ol. Anthos et Bergam. (quorum illud hujus sextuplum sit) Partis unius sextantem præscribit. — Aliae Pharmacopœae, præceptum pristinae, Saponis sebacei loco Saponem oleosum præscribunt; v. g. Disp. Fuldense et SPIELMANNUS



Saponis Alicantini Unc. quinque, Spir. Vini rectificati Libr. duas, Camphorae Unc. duas et Ol. Anthos Unc. semis praescribunt. — Ph. Ferrariensis. Saponis medicinalis Unc. duas, Spir. Vini rectificati Unc. quinque semis, Aquae Unc. unam, Camphorae Drachm. unam, Ol. Citri Scrup. duos et Spirit. Salis Ammon. caustici Drachm. unam, — BORRIES et CADET DE GASSICOURT Saponis medicati Unc. duas, Spirit. Vini rectificati Unc. duodecim, Aq. dest. et Camphorae  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. duas, Ol. Anthos Scrup. octo, Ol. Thymi Scrup. duos, et Spirit. Sal. Ammon. caustici Unc. semis praescribunt. — HOPPIUS et Ph. Oldenburg. Saponis medicati Unc. duas, Camphorae Drachm. unam, Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. unam semis, Ol. Anthos Guttas sexaginta praescribunt. — Balsamum secundum has praecipiones paratum consistentia est nimis molli, passim liquorem exhibet, plerumque etiam nimiam Saponis quantitatem continet, ita ut infricando in cutem massam saponaceam relinquit. (Conf. et Lini-mentum et Spiritus.)

**BALSAMUM OPODELDOC LIQUIDUM** sec. VAN MONS obtinetur, si Saponis Medullae Bovis loco Sapo Hispanticus albus sumitur.

**BALSAMUM PALMEUM LEMERYI.**

Rec. Ol. Palmei rec. Libr. semis, Ol. Laurini Unc. duas, Ol. Nucistae, Junip., Ung. martiati, Bals. Peruv. et Copaivae  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. semis. Misce.

**BALSAMUM PARALYTICUM BATEANUM.** — In summa rei cum Balsamo FIORAVANTI (p. 113.) congruit.

**BALSAMUM PARTURIENTUM** ex SCHROEDERO. Balsam für Gebärende. *Baume pour les Femmes en Travail.*

Rec. Caryophyllorum, Macid., Cinnamomi  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. duas semis, Flor. Anthos, Lavendulae, Majoranae  $\bar{a}\bar{a}$  Pug. tres. C. c. admisce Moschi Gran. duodecim, Ol. Olivar. rec. Libr. semis. Digere in vase clauso in sole per 9 dies, tunc cola cum expressione.

**BALSAMUM PECTORALE MEIBOMII** Ph. Helveticae. *Meibom's Brustbalsam. Baume pectoral de MEIBOM.*

Rec. Tereb. Venet. finiss., Ol. Amygd. dulc. rec., Ol. Hyperic. rec.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. duas, Spermat. Ceti rec. Unc. semis, Sang. Dracon. finiss., Bals. Peruv. genuini  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. tres, Extr. Opii aquosi Scrup. semis. Misce, fiat Balsamum. SPIELMANNUS sec. SCHULTZIIUM Tereb. opt., Ol. Amygd. dulc.  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. duodeviginti, Ol. Hyperici Unc. duas, Sperm. Ceti Unc. semis, Sang. Dracon., Extr. Opii, Bals. Peruv.  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. duas et Butyri optimi Unc. unam semis sumi praescribit.

**BALSAMUM PERSICUM** v. Balsamum Comendatoris (p. 112.).

**BALSAMUM AD** seu **CONTRA PERNIONES.** Balsam gegen Frostbeulen. *Baume pour les Engclures.* — Miscella est Balsami FIORAVANTI Unc. quatuor et Acidi Salis Gutt. triginta duarum. — Ph. castr. Ruthena Ol. Olivarum Unc. quinque, Ol. Tereb. Unc. duas et Acidi Salis Drachm. unam semis praescribit. —

Formulaire des hopit. milit. de France, et CADET DE GASSICOURT formulaire similis est compositio. — RATIER Ol. Olivar. Unc. duas, Bals. Peruv. Drachm. unam, Sperm. Ceti, Cerae alb., Acidi Salis  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. duas et Aquae purae Drachm. sex misceri proponit.

**BALSAMUM PERUVIANUM FACTITIUM** sec. GRAY. — Miscella est Bals. Tolutani Libr. sex, Benzoës Libr. quatuordecim et Alcoholis Vini Cong. duorum.

**BALSAMUM PERUVIANUM REDUCTUM** sec. GRAY. — Fit miscendo Bals. Peruv. Libr. tres, Benzoës Libr. unam et Alcoholis Vini quantum satis ad propriam consistentiam.

**BALSAMUM PESTILENTIALE** seu contra Aërem malignum Disp. Brandenburg. Pestbalsam. *Baume contre la Peste.*

Rec. Ol. Nucist. expr. Drachm. tres, Ol. dest. Majoranae Guttas quindecim, Ol. Myrrhae et Succini  $\bar{a}\bar{a}$  Guttas sex, Theriacae ANDROMACHI Scrup. duos, Extr. Lign. Aloës Scrup. unum, Moschi et Ambrae  $\bar{a}\bar{a}$  Gran. octo M. fiat Balsamum. (V. etiam Balsamum Sulphuris.)

**BALSAMUM PHTHISICUM MURALTII.** Balsam gegen Schwindsucht. *Baume contre la Phthisie.*

Rec. Axung. Canis Unc. unam, Olei Hyperici, Rosarum et Violar.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. semis. M. f. Balsamum.

**BALSAMUM PLEURITICUM** seu Oleum Cucurbitae pleuriticum Ph. Hispan. Balsam gegen Seitenstechen. *Baume pleuritique.*

Rec. Corticum Cucurbitae longae in frustula concisorum, Ol. Olivarum  $\bar{a}\bar{a}$  Libr. sex. Coque ad perfectam humiditatis consumptionem, cola et defaeca.

**BALSAMUM PLUMBI** sec. VAN MONS. Van Mons's Bleibalsam. *Baume de Plomb VAN MONS.*

Rec. Plumbi Part. unam, Acidi Nitri diluti quant. sufficit ad solvendum metallum; solutionem adhuc calidam continuo agitans infunde in Axungiae Porci leni igne liquati Part. sedecim; post semirefrigerationem effunde in nodulos chartaceos, et concide massam frigidam in tabellas.

**BALSAMUM PODAGRICUM BATEANUM.** == Balsamum anodynum.

**BALSAMUM POLYCHRESTUM,** Elixir antivenericum, Jesuits Drops sec. GRAY. Polychrestbalsam. *Baume polychrest.*

Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. septem, Bals. Peruv. Unc. semis, Rad. Sassaparillae Unc. quinque, Spir. Vini rectificati Libr. duas semis. Post sufficientem digestionem filtra.

**BALSAMUM POLYCHRESTUM LEMERYI.** *Pesmer's Polychrestbalsam. Baume polychrest de LEMERY.*

Rec. Herb. rec. utriusque Plantaginis, Tephthii, Symphyti major., Bugulae, Symphyt. min., Saniculae, Ophioglossi, Veronicae utriusque, Absinthii vulg. Geran. Robert, Millefolii, Pilosellae, Centaur. minor. Summit. Hyperici,



Heder. terrestr., Pentaphylli  $\overline{aa}$  Manip. unum. Omnibus in mortario contusis affunde Vini rubri austeri et Spir. Vini simpl.  $\overline{aa}$  Libr. semis. Macera 4 dies supra cineres; cola cum expressione et admisce Succo Ol. rosati Libr. duas. Coque ad Succum consumptionem, cola iterum et solve in colatura Terebinth. Venet. Libr. unam et Olibani pulv. Unc. duas. Fiat Balsamum.

**BALSAMUM** seu **LINIMENTUM RESOLVENS** sec. VAN MONS. *Auflösender Balsam. Baume resolvant.*

Rec. Balsami Peruv. Part. sex. Instilla sensim Acidi Nitri conc. Part. unam, saepius conquassans. — SWEDIAUR Balsami Partes duas et Acidi P. unam praescribit.

**BALSAMUM RULANDI** v. Balsamum Sulphuris.

**BALSAMUM RUTAE.** *Rautenbalsam. Baume de Rue.* — Fit eodem modo, quo Balsamum Lavendulae (p. 115.), Olei Lavendulae loco Ol. Rutae sumendo. Nonnullae Pharmacopoeae Balsamum hoc Aerugine destillata tingi ponunt, aliae Magisterio Rutae.

**BALSAMUM DE SALAZAR,** Tinctura alcoholica Picis graecae composita Ph. Hispan. *Salazarbalsam. Baume de Salazar.*  
Rec. Picis graecae Unc. semis, Olibani, Mastiches, Aloës Succotr.  $\overline{aa}$  Unc. unam. Cont. digerantur matracio vitreo satis amplo, optime clauso, per dies viginti in Spiritu Vini rectific. Libr. quinque; postea filtrentur et serventur.

**BALSAMUM SAMARITANUM** seu Balsamum vulnerarium Samaritanum SCHROEDERI. *Samariterbalsam. Baume de Samaritan.*

Rec. Ol. Olivarum, Vini Generosi  $\overline{aa}$  Unc. octo. Coque ad consumptionem humiditatis. — Ph. Helvetica Ol. Hyperici Unc. sex et Vini albi Libr. unam sumi praescribit.

**BALSAMUM SANGUINEM SISTENS** LEMERYI. *Blutstillender Balsam. Baume qui étange le Sang.*

Rec. Balsami polychresti Unc. quatuor, Ceræ albae, Resinae alb.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Boli Armenae, Sang. Dracon., Lap. Haematit.  $\overline{aa}$  Drachm. tres, Aloës hep., Corall. rubr., Mumiæ  $\overline{aa}$  Drachm. unam semis, Calcanthi usti Drachm. unam. Misce exactissime, fiat Balsamum.

**BALSAMUM SAPONACEUM** Ph. Danicae, Linimentum saponaceum seu Saponis. *Seifenbalsam: oder Liniment. Baume de Savon.*

Rec. Spiritus Vini rectificati Libras quatuor, Sapon. albi Hispanici Unc. decem. Leni igne ad solutionem digestis addantur Camphorae tritae Unc. duae, Ol. Anthos et Origani  $\overline{aa}$  Unc. semis. Miscantur agitando. — Ph. Lusitan. Saponis albi Hisp. Unc. tres, Camphorae Unc. unam, et Spiritus Vini Unc. sedecim macerari et solvi jubet. — Ph. Hispan. ad Linimentum saponaceum seu Alcohol Camphorae saponaceum Spiritus Vini rectificatiss. Libr. unam, Sapon. Unc.

duas et Camphorae Drachm. tres praescribit. — Ph. Batava ad Solutionem Saponis camphoratam Saponis Hispanici q. s. in Aquae fontanae Unc. una solvi et Spir. Vini camphorat. Unc. unam addi proponit. (Conf. etiam Aqua Vitae saponacea [p. 96.], Balsamum Opodeldoc, Balsamum Vitae externum, Linimentum, Spiritus et Tinctura.)

**BALSAMUM SAPONIS** Ph. Wirtemb. *Terpentinhaltiger Seifenbalsam. Baume de Savon.*

Rec. Sapon. Hisp. exsic. pulv. Libr. semis. Admisce contundendo in mortario, Ol. Terebinthinae Libr. semis, ut fiat massa asservenda nomine Corporis pro Balsamo Saponis. — Jam porro Rec. hujus Corporis pro Balsamo Saponis Libr. unam, Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor. Digere leni igne et filtra. (Vid. etiam Balsamum Vitae externum.)

**BALSAMUM SATURNI GOULARDI** seu universale, Ceratum Plumbi compositum seu GOULARDI, seu Lithargyri acetati, Unguentum seu Pomatum antihyperpeticum GOULARDI, Unguentum Subacetatis Plumbi camphoratum Ph. Brunsvic. *Goulard's Bleibalsam. Baume de Saturne cet.*

Rec. Ol. Rosacei Unc. quatuor, Ceræ citrin. Unc. duas. Leni igne colligatis paullatim sub continua agitatione addantur Extracti Saturni Unc. una, Camphorae Scrap. unus. Bene miscantur. — SPIELMANNUS Ceræ citrinae Unc. octo, Ol. Rosar. Unc. duodeviginti, Extr. Saturni Unc. quatuor et Camphorae Drachm. unam praescribit. — Ph. Herbipolit. et PLENCKIUS Ol. Raparum rec. express. Libr. unam semis, Ceræ citr. Libr. semis, Extr. Saturni Unc. tres et Camphorae Unc. semis praescribit. — Ph. Danica Camphorae Drachmas quatuor semis solummodo, si desideretur, addi praescribit, ceterum cum hac formula congruit uti et Ph. Slesvico-Holsaticae. Namque Unc. unam semis Ol. Raparum, loco Libr. unam semis, uti scriptum est, vitium typographicum esse videtur, Camphorae autem Unc. semis statim addi jubet. — Ph. Londin. Ol. Olivar. Fluidunc. novem, Ceræ flav. Unc. quatuor, Extr. Saturn. Fluidunc. duas semis et Camphorae Drachm. semis, — Disp. Fuldens. Ol. Lini rec. Libr. unam semis, Ceræ flav. Libr. semis et Extr. Saturni Unc. tres sumi proponit, Camphoram autem omitit. (Conf. etiam Acet. Saturni [p. 13.] Bals. Plumbi [p. 119.], Ceratum et Unguentum.)

**BALSAMUM SATURNI LIQUIDUM** = Extractum Saturni (p. 13.).

**BALSAMUM SATURNI MARTIALE** MAETSI. — Miscella est Sacchari Saturni et Ferri saliti methodo indebite copiosa obtenta.

**BALSAMUM SATURNI TEREBINTHINATUM** BATEANUM. — Vid. Balsamum GOULARDI (p. 114.).

**BALSAMUM SATURNI TEREBINTHINATUM** HARTMANNI sec. JUNGKEN. — Fiat pari modo. Destillatur autem solutio primo leni igne, donec Ol. Terebinthinae prodierit, quo



cessante opponatur aliud recipiens, et augeatur ignis usque ad fortissimum, et ita eliciatur Balsamum requisitum.

**BALSAMUM SCHAUERIANUM** Disp. Brunsvic. Schauer'scher Balsam. *Baume de SCHAUER.*

Rec. Rad. Consolid. maj. Drachm. sex, Rad. Imperator. Unc. semis, Calami ar. Drachm. tres, Caryophyllatae, Enulae aa Drachm. unam, Angelicae Cran. quindecim, Galangae Drachm. tres, Dictamni albi Drachm. sex, Styrac. Calamitae, Olibani aa Drachm. tres, Galbani Drachm. novem, Nuc. Moschat. Cubebae aa Drachm. tres, Caryophyllor., Lign. Santali albi aa Drachm. duas, Cardamomi, Camphorae, Lign. Aloës aa Drachm. unam, Benzoës Drachm. tres, Mastiches Unc. semis, Myrrhae Drachm. semis, Aloës hepat. Drachm. unam, Tereb. Venet. Unc. unam semis, Ol. dest. Lauri Unc. unam, Spiritus Vini Gallici rectificati Libr. octo. Macerentur et destillentur sec. artem in balneo Maris. — SPIELMANNI formula eadem est, nisi quod Camphoram et Ol. Lauri in Spiritu destillato solvi proponit.

**BALSAMUM SCHEFFERI** Scheffer's Balsam. *Baume de SCHEFFER.*

Rec. Sal. Corn. Cervi, Sal. Ammoniaci aa Drachm. unam, Ol. Macid. Scrup. unum, Spir. Vini rectific. Unc. unam. Misce, digere.

**BALSAMUM SCHEZERI** v. Balsamum cephalicum (p. 111.).

**BALSAMUM SCLOPETARIUM** Ph. BATEAN. Bate's Wundbalsam. *Baume sclopetaire de BATE.*

Rec. Ol. Lini, Terebinth. aa Libr. unam, Virid. Aeris Unc. semis. Coque parum sec. art.

**BALSAMUM SOMNIFERUM** Ph. Wirtemb. Schlafbalsam. *Baume somnifer.*

Rec. Unguenti Populei, Ol. Nucist. expr. aa Unc. unam, Opii, in Spirit. Vini dissoluti, Drachm. unam, Ol. L. Rhodii Gutt. sedecim. Misce, fiat Balsamum.

**BALSAMUM SPASMODICUM CONCENTRATUM** MYNSICHTI. Mynsicht's concentrirter Krampfbalsam. *Baume spasmodique concentré de MYNSICHT.*

Rec. Ol. Galban. Unc. duas, Lumbric. ter. restr. Unc. unam, Ol. Succin., Juniper. aa Unc. semis, Ol. Lavend. Drachm. unam, Ol. Nucist. expr. q. s. Fiat l. a. Balsamum.

**BALSAMUM SPLENETICUM** BATEANUM. Bate's Milzbalam. *Baume splenetique de BATE.*

Rec. Herb. Rutae, Heder., Chamom., Thymi aa Man. unum. Cont. adde Fel bovinum et Ol. ex Pedibus bovinis Libr. unam, Spir. Vini Unc. unam. Coque per horam et cola.

**BALSAMUM STOMACHICUM** Ph. Wirtemb., Helvetic. cet. Magenbalsam. *Baume stomachique.*

Rec. Ol. Absinth. destill., Cort. Aurant., Caryophyll., Macid., Menth. aa Drachm. semis, Bals. de Peru Drachm. unam, Ol. Nucist. expr. Unc. unam. M., fiat Balsamum. — Ph. Slesvico-Holsaticae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Ol. Menth. pip. sumi

praescribit et Ol. Cort. Aurant. omittit. — Pristiniae aliae formulae in summa rei cum his congruunt, nisi quod passim magis complicatae sint. (V. etiam Balsamum apoplecticum p. 109.)

**BALSAMUM SUCCINI** Pharm. Wirtemb., Bernsteinbalsam. *Baume de Succin.* — Uti Balsamum Angelicae (p. 103.) paratur. — Sec. GRAY Residuum oleosum piceum in rectificatione obtentum remanens Balsamum Succini appellatur. — VAN MONS Ol. spiss. et fuscus Succini Part. unam cum Sapon. Alicantini Part. duabus misceri proponit.

**BALSAMUM SUCCINI BATEANUM.** — Digerendo Succini albi subtilissime pulv. Unc. duas in Ol. Terebinth. Unc. sex, sole exponens, donec perfecte solvatur Succinum, parari proponunt, quod autem fieri non potest.

**BALSAMUM SULPHURIS AMYGDALATUM** Ph. Wirtemb. Schwefelbalsam mit Mandelöl. *Baume de Soufre amandé.*

Rec. Flor. Sulphur. Unc. unam, Ol. Amygdal. dulc. rec. expr. Unc. sex. Digerantur in arena calore conveniente per dies aliquot, donec oleum colore sit tinctum rubro. Refrigerato vase Balsamum separatur a sulphure non soluto. — Disp. Brunsvic. quatuor Uncias Ol. Amygdal. praescribit,

**BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM** Ph. Wirtemb., Palat., Sardoae cet., Oleum Anisi sulphuratum, Sulphuretum Olei volatilis anisatum. Schwefelbalsam mit Anisöl, geschwefeltes Anisöl. *Baume de Soufre anisé.* — Eodem paratur modo, quo praecedens, substituto Oleo Anisi. — Ph. d'Anvers, BATE, Disp. Brunsvic., Ph. Gallic., Hispanica ad unam Sulphuris Partem, quatuor Olei Anisi Partes praescribunt. — Ph. Danica et Disp. Lippiae cum Bals. Sulphuris simpl. Part. unam cum Ol. Anisi Part. quinque ad sex digerendo solvi praescribunt, quod praefendum.

**BALSAMUM SULPHURIS ANTIMONIALE** BATEANUM.

Rec. Sulphur. Antim. combustibilis, Salis Tartari aa Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. quatuor. Digere simul l. a. (V. etiam Balsamum antimoniale p. 109.)

**BALSAMUM SULPHURIS BARBADENSE,** Petroleum sulphuratum. Schwefelbalsam mit Steindöl. *Baume de Soufre petroli.* Digerendo ex Sulphuris Part. una et Ol. Petrae albi Part. quatuor obtinetur. — GRAY ad tres Sulphuris, sedecim Ol. Petrae Partes praescribit.

**BALSAMUM SULPHURIS BENZOINATUM.** — Cum Ol. Benzoës uti Balsamum Sulphuris anisatum paratur.

**BALSAMUM SULPHURIS EXTERNUM** Disp. Brandenburgici.

Rec. Flor. Sulphuris Unc. unam, Ol. Lini vel Nucum expressi Libr. semis, Ol. Sem. Hyperici expressi, Hyoscyami expr. et Papaveris aa Drachm. duas. Solvantur igne arenae debito.

**BALSAMUM SULPHURIS JUNIPERATUM.**



Cum Ol. Bacc. Juniperi uti Balsamum Sulphuris anisatum paratur. Melius autem uti Balsamum Sulphuris terebinthinatum parabis.

**BALSAMUM SULPHURIS PESTILENTIALE**  
MAETSII.

Rec. Flor. Sulphuris Libr. unam, Myrrhae Unc. tres, Aloës Unc. duas, Croci Unc. unam, Camphorae Unc. semis. Pulv. et mixt. adde Ol. Terebinth. ad 4 digitos. eminentiam. Fiat l. a. Balsamum.

**BALSAMUM SULPHURIS RULANDI** Ph. Wirtemb., Disp. Brunsvic. cet. *Ruland's Schwefelbalsam. Baume de Soufre de RULAND.*

Rec. Sulphur. citr. Unc. duas, Ol. Tereb. Unc. tres, Ol. Lini Libr. duas. Sulphuri liquoato adde Oleum Lini et coque lentissimo igne, donec acquisiverit colorem fuscum; his aliquantisper refrigeratis infunde Ol. Terebinth., digere lenissimo calore et serva usui. — Ph. Palatina Flor. Sulphur. Unc. duas, Ol. Rapar. Libr. unam semis et Vini generosi Libr. semis per octiduum digeri, tunc ad humiditatis consumptionem coqui, tandem colari proponit. (Conf. etiam Bals. Sulphuris terebinthinatum.)

**BALSAMUM SULPHURIS SIMPLEX.** Einfacher Schwefelbalsam. *Baume de Soufre simple.*

*Synon.*: Balsamum Sulphuris crassum, BATEANUM et minerale, Corpus pro Balsamo Sulphuris, Oleum sulphuratum, Oleum Lini sulphuratum, Sulphuretum oleosum fixum, Linimentum e Sulphure. Schwefelbalsammutter, geschwefeltes Feinöl. Huile de Lin sulphurée.

Rec. Olei Lini Libram unam.

In vase terreo vitreato aut ferreo capaci et satis alto calefacto sensim adde

Sulphuris citrini pulverati Uncias tres.

Coque spatula semper movens et effervescentiam evitans, ne flammam concipiat, donec massa spissescat et refrigerata glutinans gelatinae instar colore obscure rubro-fusco, nigrescente appareat. Serva. — Odore est ingrato sulphureo et sapore nauseoso — acri; leni calore liquefit, in oleis aethereis et pinguibus facile solutu. — Solutio est Sul-

phuris in Oleo Lini quodammodo alterato. — *Vis*: digerens, discutiens.

Sit consistentia spissa, in stratis tenuibus clarum, cum colore rubro subdiaphanum, in Oleo Terebinthinae penitus solubile, et ignis ope plane comburatur.

*Usus*: Praecipue externe adhibetur. Aliorum Balsamorum Sulphuris basin haud raro exhibet, admiscetur etiam Emplastris cet.

Pharm. Borussicae, Danicae, Ferrariensis, Hispanicae, Disp. Lippiaci, Ph. Oldenburg., Saxonicae, Suecicae et VAN MONS formula cum nostra congruit. — Disp. Brunsvic. ad unam Sulphuris Partem duas Ol. Lini Partes praescribit, — BATE ad Balsamum Sulphuris minerale quinque, — Disp. Fuldense ad unam Sulphuris Partem quatuor Ol. Olivar. proponit. — Ph. Edinburg., Amstelodam. et Londinens. ad unam Sulphur. Part., octo Ol. Olivar. Partes praescribunt, — BATE ad Bals. Sulphuris BATEANUM, quinque, — Ph. Hannov. ad tres Sulphuris Partes, sedecim Ol. Lini, — Ph. Hassiae El. duodeviginti.

**BALSAMUM SULPHURIS SUCCINATUM.** Schwefelbalsam mit Bernsteinöl. *Baume de Soufre succiné.* — Uti Balsamum Sulphuris anisatum paratur.

**BALSAMUM SULPHURIS TEREBINTHINATUM.** Schwefelbalsam mit Terpentindöl. *Baume de Soufre térébenthiné.*

*Synon.*: Oleum Terebinthinae sulphuratum, Aetheroleum Terebinthinae sulphuratum, Balsamum Vitae RULANDI. Schwefelhaltiges Terpentindöl. Huile de Térébenthine sulphurée.

Rec. Balsami Sulphuris simplicis Libram unam,

Olei Terebinthinae Libras tres. Digerendo solutum in vase clauso serva. — Liquor oleosus, obscure rubro-fuscus, odore ingrato sulphureo et terebinthinaceo, uti et sapore. — *Part. const.* ex praeparatione patent. — *Vis*: diuretica, discutiens, vulneraria.

Sit limpidum, saturate rubro-fus-



cum, in stratis tenuibus solummodo pellucidum.

*Usus:* Et interne et externe adhibetur, praecipue in arte veterinaria usurpatur.

Pharm. Amstelodam., Belgicae, Borussicae, Hannoveranae, Slesvico-Holsaticae formulae cum nostra congruunt — Disp. Brunsvic. et Lippicum ad Unc. unam Bals. Sulphuris quinque Ol. Terebinth. Uncias praescribunt. — Ph. Danica octo ad decem. — Ph. Suecica ad tres Balsami Sulphuris octo Ol. Terebinthin. Partes praescribit. — Ph. Hispanica Unc. tres Flor. Sulphur. cum Ol. Terebinth. Libr. una in vase vitreo calore balnei arenae digeri jubet, donec totum fere Sulphur dissolutum sit et Oleum colorem rubrum et consistentiam syrapi acquisiverit. — Ph. Ferrariensis et VAN MONS formulae cum hac congruunt. — Ph. Palatina ad unam Flor. Sulphur. Unc. sex Ol. Terebinth. sumi proponit. — Ph. Herbitopolitana et Sardoia quinque.

#### BALSAMUM SULPHURIS WEPFFERI.

Rec. Flor. Sulphur. Part. sex, Flor. Benzoes Part. unam. Digere cum suff. quantitate Ol. Bacc. Juniperi in arena, postea adde Ol. Foenicul. q. s. ad gratiam.

#### BALSAMUM TABACI. Tabacksbalsam. *Baume de Tabac.*

Rec. Herb. Nicot. rec. Unc. sex, Ol. Juniper. et Terebinth.  $\frac{aa}{aa}$  Libr. unam. Infunde et circula per 8 dies, tum exprime et serva.

BALSAMUM TARTARI BATEANUM nihil aliud est nisi Solutio aquosa concentrata Terrae foliatae Tartari impurae.

#### BALSAMUM TEICHMEIERI v. Balsamum Vitae TEICHMEIERI.

BALSAMUM TEREBINTHINAE seu terebinthinatum v. Balsamum adstringens (p. 107.), Basvillianum (p. 110.), Balsamum Framii et Vitae externum (p. 124.).

#### BALSAMUM TEREBINTHINAE LE MORTII.

Rec. Terebinth. lucid. Libr. duas, Bals. Copair. Libr. semis, Nuc. Moschat. Unc. duas, Cort. Citr. exter., Rad. Ireos. flor.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Benzoes Drachm. tres, Bals. Peruv. Drachm. unam, Spirit. Vini, in quo Moschi et Ambrae  $\frac{aa}{aa}$  Gran. duo dissoluta, Unc. quatuor. Destilla leni igne, sic Oleum limpium ascendit, deinde aucto igne flavum excipe.

BALSAMUM TEREBINTHINAE VULGARE sec. GRAY. — Solutio est Picis navalis in pari Olei Terebinthinae Pondere.

#### BALSAMUM THEBAICUM v. Balsamum anodynum (p. 108.).

#### BALSAMUM THIBAUTI. Thibaut's Balsam. *Baum de THIBAUT* sec. GRAY.

Rec. Myrrh., Aloes, Sang. Dracon.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Spir. Vini rectific. Unc. sex. Dissolve et adde Flor. Hyperic. Pug. unum; macera per horas 24, exprime et adde liquori colato Terebinth. Chiae Unc. semis.

BALSAMUM TRANQUILLANS seu TRANQUILLUM, Oleum de Narcoticis seu aromo-narcoticum sive Stramonii compositum Ph. Gallicae. Beruhigender Balsam. *Baume tranquille* ou *Huile narcotique.*

Rec. Herb. Stramon. rec., Solan. nigr., Belladonn., Nicotian., Hyoscyam. nigr., Papav. alb.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor. Minutim concisa conciantur in Ol. Olivarum Libr. sex; coquantur ad humoris fere consumptionem; deinde colentur et injiciantur Flor. vel Summit. sicc. Anthos, Salviae, Rutae, Absinth. Pontic. et vulg., Hyssopi, Lavend., Thymi, Majoran., Balsamit., Ment. aquat., Sambuc., Hyperici  $\frac{aa}{aa}$  Unc. una. Macerentur sub sole per menses aliquot, tunc colentur. — Ph. Parisiensis his ingredientibus praeterea addit Herb. Phytolaccae, Mandragorae, Papav. nigr.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Herb. Persicariae Unc. unam et Bufones vivos N<sup>o</sup> quinque. — Ph. Hispanicae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Herbam Absinth. vulg. tantum et Ment. (non aquatic.) praescribit, porro Flor. Sambuc. Unc. unam adjungit et Librarum sex Ol. Olivar. loco, quinque Libras sumi proponit. — SPIELMANNI formula fere eadem est, et Ph. Sardoiae formula parum ab hac discrepat. — CADET et PIERQUIN formula emendata Herb. rec. Hyoscyam., Cynogloss. et Nicotian.  $\frac{aa}{aa}$  Libr. unam cum Vini Octariis tribus ad duas coqui et colatura expressa cum Ol. Olivar. Octariis duobus blando igne ad Dimidium coqui proponit. — VAN MONS formula cum nostra prima fere congruit, nisi quod Ol. Olivar. loco, Medullam bubulam sumi suadet.

BALSAMUM TRAUMATICUM v. Balsamum Commendatoris (p. 112.).

BALSAMUM UNIVERSALE v. Balsamum Saturni (p. 120.).

BALSAMUM UTERINUM v. Balsamum hysterium (p. 114.).

#### BALSAMUM VENEREUM MICHAELIS.

Rec. Ol. dest. Formicar. Drachm. duas, Ol. Caryophyll. et Piper.  $\frac{aa}{aa}$  Gutt. sex, Axung. Castor. Drachm. semis, Cerac q. s. ut fiat Balsamum.

BALSAMUM VENERIS BATEANUM. Bate's Rupperbalsam. *Baume cuivrè de BATE.* — Fit digerendo Cupri Lamina cum Ol. Terebinth., donec colorem viridem assumerit.

BALSAMUM CONTRA VERTIGINEM Disp. Brandenb. Balsam gegen Schwindel. *Baume contre le Vertige.* — Cum Balsamo pestilentiali (p. 119.) fere congruit.

BALSAMUM VERVAINI v. Balsamum Commendatoris (p. 112.).

BALSAMUM DE VINCEGUERE v. Balsamum Lectorense.

BALSAMUM VERUM BATEANUM. — Fit ex Limacibus cum Testis diu multumque contusis cum aequali Pondere Sacchari Candi, ut fiat Balsamum.

BALSAMUM VIRIDE seu viride



**Metensium sive FEUILLETI, Oleum viride seu Oxydi Capri viride** Ph. Hispan. Grüner Balsam. *Baume verte de Metz ou de FEUILLET.*

Rec. Ol. Olivar. Libr. unam semis, Terebinth. Unc. tres. Dissolve lento igne et refrigeratis adde Aeruginis pulverat. Drachm. quatuor semis, Ol. Caryophyll. Drachm. unam semis. — LEWIS Ol. Lini et Ol. Terebinth.  $\overline{aa}$  Libr. unam cum Aerug. pulv. Drachm. tribus ad solutionem usque coqui proponit. — SPIELMANNUS ad Balsamum viride Du GLAS cet. Aerugin. Unc. tres, Vitriol. alb. Unc. unam semis cum Ol. Lini et Olivar.  $\overline{aa}$  Unc. sex et Ol. Laurin. Unc. una in mortario subigi, tunc addi praescribit Terebinth. Unc. duas et postquam leni calore omnia optime mixta sunt, Aloës pulv. Drachm. duas, Ol. dest. Juniperi Unc. semis et Ol. Caryophyll. Drachm. unam.

**BALSAMUM VIRIDE** sec. GRAY ex Ol. Lini Libr. semis, Elemi Unc. duabus, Aerugin. Drachm. duabus constat.

**BALSAMUM VIRIDE** Ph. Palatinae.

Rec. Herb. Spicae cum Florib., Salyiae, Hyssop., Majoranae, Thymi, Carvi cum Semine, Menth. aquat. et crisp., Plantag., Anthos, Alchemill., Consolid. saracen., Flor. Chamom., Rosar. rubr.  $\overline{aa}$  Unc. semis. Inc., cont. infundantur in Ol. Olivar., Rosar.  $\overline{aa}$  Libr. duabus, Ol. Lini Libr. una, tunc adde Terebinth., Sagapen.  $\overline{aa}$  Libr. unam, Oliban. el. Libr. semis. Digerantur in balneo Mariae, tunc colentur cum forti expressione et adhuc parum calidis addantur Ol. Spicae, Terebinth. et Petrae  $\overline{aa}$  Unc. quatuor.

**BALSAMUM VITAE** seu Decoctum Aloës compositum Ph. Londin. Lebensbalsam oder zusammengesetztes Aloëdecoct. *Baume de Vie* ou *Decoction d'Aloë composée.*

Rec. Succ. Liquir. Unc. semis, Ciner. clavell. dep. Scrup. duos, Aloës et Myrrh. pulv., Croci  $\overline{aa}$  Drachm. unam. Coque cum Aquae Octario uno ad Fluiduncias duodecim, colato adjice Tinct. stomachic. (Cardamom. comp.) Fluidunc. quatuor. — RENNIE compositio fere eadem est. (Olim Cineres clavell. omittebantur.)

**BALSAMUM VITAE ALBUM** v. Spiritus balsamicus.

**BALSAMUM VITAE EXTERNUM**, Balsamum Saponis seu saponaceum terebinthinatum, Balsamum Terebinthinae, Saponum terebinthinatus seu ex Oleo Terebinthinae volatile et Potassa Ph. Boruss., Spiritus Saponis compositus. Neufferlicher Lebensbalsam, terpentindhaltige Seife. *Baume de Vie externe, Baume de Savon ou de Térébenthine, Savon térébenthiné.*

Rec. Sapon. Venet. alb. pulv., Ol. Terebinth.  $\overline{aa}$  Libr. unam, Ciner. clavell. dep. Unc. duas. Misce exactiss., ut f. Massa Unguento similis, flavescens. — *Vis:* resolvens, discutiens. — *Usus:* Externus.

Pharm. Danic. (1805), Slesvico-Holsaticae, Ph. Hassiae El. et Saxonicae formulae cum hac congruunt. — Tu. MARTIUS Cinerem clavellatum antea in Triplo Aquae solvi proponit et omnia triturando misceri, donec in massam homogeneam spissiculam coeant. — Ph. castrensis Borussica Sapon. commun. Unc. duas, Ol. Terebinth. Unc. quatuor et Ciner. clav. dep. Drachm. tres praescribit. — Disp. Fuldensis, Lippiaci et Ph. Herbitopolit. formulae cum hac congruunt, nisi quod Sapon. Alicantinum praescribunt. — Balsamum Vitae externum THEDENI ex Ol. Terebinth. Unc. decem, Sapon. Venet. Libr. una et Ciner. clavellat. depur. Unc. una semis constat. — Balsamum Vitae externum PLENERII sec. SPIELMANNUM sit ex Sapon. pulv. Unc. sex, Ol. Terebinth. Unc. duodecim et Sal. Tartar. Unc. semis. — VAN MONS Ol. Terebinth. Part. tres, Sapon. alb. Part. duas et Alkali vegetabil. caust. Part. unam semis in Aquae Part. dimidia solutam misceri proponit. — Idem sec. aliam formulam Terebinth. Part. unam, Tinct. Natr. caust. Part. duas et Sapon. Medull. Bovis Part. quatuor caloris ope in balneo Mariae solvi suadet.

**BALSAMUM VITAE FUNNI** sec. SPIELMANNUM.

Rec. Sal. Tartar. Unc. unam semis. Dissolvatur in Aq. font. Unc. viginti quatuor; addantur Ol. Terebinth. Unc. tres, Sapon. Venet. pulv. Unc. duae. Probe mixtis adjiciantur Spirit. Juniper. Unc. duae, Ol. Culilaban. Unc. tres. Misceantur.

**BALSAMUM VITAE HOFFMANNI.** Hoffmann's Lebensbalsam. *Baume de Vie d'HOFFMANN.*

*Synon.:* Balsamum aromatico-aethereum, Mixtura oleoso-balsamica.

Rec. Olei destillati Lavendulae,  
 » » Majoranae,  
 » » Caryophyllorum,  
 » » Macidis,  
 » » Cinnamomi  $\overline{aa}$  Scrupulum unum,  
 » » Rutae,  
 » » Succini albi  $\overline{aa}$  Scrupulum semis,  
 » Citri e Corticibus recens expressi,



Balsami Peruviani  $\bar{a}a$  Scrupulum unum.

Olea cum Balsamo Peruviano misceantur et in

Spiritus Vini rectificati Unciis decem

solvantur, (si BALSAMUM VITAE HOFFMANNI cum MOSCHO et AMBRA sive COMPLETUM praescribitur, addi debent Moschi et Ambræ  $\bar{a}a$  Gran. decem,) et post aliquot dierum moram filtretur Liquor. — Spiritus limpidus, laete flavo-fuscescens, odore suaveolente, aromatico-balsamico; (Balsamum completum simul Moschum et Ambram redolet) et sapore pungente aromatico, p. spec. 0,85. *Vis*: excitans, nervina, confortans, refocillans.

Sit Balsamum grate aromaticum supra ut bonae notae descriptum. Liquor debilis, parum aromaticus, rejiciatur.

*Usus*: Tam internus quam externus; per se adhibetur et mixturis aliisque vehiculis admiscetur.

Compositio haec recentioribus temporibus passim immutata est. — Ph. Borussicae, quae in terris Badensibus hucusque vim legis habebat, Hannoveranae, Ph. Hassiae El. et Oldenburg. formulae eo solummodo a nostra discrepant, quod Scrupuli semis loco Ol. Rutae et Succini  $\bar{a}a$  Gutt. decem et Scrupuli unius Balsami Peruviani loco Drachm. semis praescribunt, Moschum et Ambram autem omittunt. — Ph. Borussica nova, Slesvico-Holsat. Oleorum supra memoratorum  $\bar{a}a$  Scrup. unum et insuper Ol. Naphae par Pondus, porro Bals. Peruv. Drachm. unam et Spir. Vin. Gallic. fortioris Unc. decem misceri praescribunt, Ol. Succini autem omittunt. — Ph. Danicae formula cum Hannoveranae congruit, nisi quod Spir. Vin. rectificatiss. loco Spir. Rosar. rectificatissimum sumi jubet, atque Balsamum Radice Alkannae tingi proponit, — et si BALSAMUM VITAE AMBRATUM placeat, Ambræ griseae Gran. quindecim et Moschi Gran. decem admisceri suadet. — Editio nova Ol. Majoran. de Cedro et Rutae omittit et Spir. Rosar. loco Spiritum Vin. rectificatiss. praescribit. — Ph. Saxonicae formula etiam cum Hannoveranae convenit, et si BALSAMUM COMPLETUM expetatur, Ambram et Moschum sec. Ph. Danicam addi proponit. — Disp. Lippicum Ol. Anthos, Major., Caryophyll., Flor. Cassiae, Rutae, Citri  $\bar{a}a$  Scrup. unum, Ol. Succiu. rect. Scrup. semis, Bals. Peruv.

nigr. Drachm. semis, Moschi Gran. quindecim, Ambr. griseae Gran. decem et Spir. Vin. rectificatiss. Unc. decem per 6 dies macerari, tunc filtrari praescribit. — AUGUSTIN ad BALSAMUM AROMATICO-AETHEREUM sec. HULLI Bals. Peruv. Gran. quindecim, Ol. Lavend., Majoran., Caryophyll., Serpylli, Rutae et Succini  $\bar{a}a$  Gutt. decem cum Spir. Vini rectificatiss. Unc. quinque misceri praescribit. — SPIELMANNUS Ol. Lavendul., Majoran., Caryophyll., Cubebar., Cardamomi  $\bar{a}a$  Scrup. unum, Macid. Scrup. duos, Cinnamom. Scrup. unum, Rutae, Succin.  $\bar{a}a$  et Balsam. Peruv.  $\bar{a}a$  Scrup. semis, Ol. Citri Scrup. unum, Ambr. Scrup. semis in Spir. Vini rectificatiss. Unc. viginti solvi praescribit. — VAN MONS Flor. Lavendul., Herb. Rutae, Major.  $\bar{a}a$  Unc. unam, Flav. Cort. Citri rec. Unc. semis, Cardam. min., Caryoph., Cinnamom., Macid.  $\bar{a}a$  Drachm. tres cum Spir. Vini Unc. triginta duabus et Aquae Unc. sexaginta quatuor semper ebulliendo destillari proponit, donec Unc. duodeviginti elicita sint, in quibus solvendae Bals. Peruv. Drachm. una et dimidia et Ol. Succin. rect. Drachm. semis. — Ph. Helvetica Ol. Caryoph., Cinnamom., Citri, Ligni Rhodii  $\bar{a}a$  Drachm. semis, Ol. Anthos, Lavend., Macid., Major.  $\bar{a}a$  Scrup. unum, Bals. Peruv. veri Drachm. unam, Ambr. griseae Scrup. semis, Salis Tartar. sicc. Unc. semis cum Spir. Anthos cohobati rectificatiss., ex Florib. rec. cum Spirit. Vini Gallic. opt. obtenti, Unc. decem per dies 8 in balneo arenae digeri, tunc filtrari jubet. — Formula antiqua TH. HOFFMANNI ex JUNGLEN.: Rec. Gummi Bdellii, Sarcocoll., Ammoniac., Oliban., Mastich., Aloes hep., Myrrh., Styrac. liq., Ladani, Castorei, Bacc. Lauri, Bals. Indic.  $\bar{a}a$  Unc. unam semis, Spic. Indic., Rad. Zedoar., Galang., Cubebar., Cardamom., Caryoph., Cinnam. et Croci or., Nuc. Moschat.  $\bar{a}a$  Unc. semis. Pulveratis affunde Spir. Vini rect. ad 4 digitos eminent, digere per 4 septimanas, tunc abstrahe spiritum, qui aliquoties, super species remanentes, cohobandus; postea admisce Ol. dest. Macid., Caryoph., Rosar., Nuc. Moschat. dest., Cinnam., Citri, Aurant. Cort., Cymini, Anisi, Foeniculi, Zedoariae, Saturejae, Thymi, Cubebar., Lavendul., Salviae, Rutae, Pulegii, Spicae, Hyssopi, Majoranae, Chamom. Roman. et Anthos  $\bar{a}a$  Drachm. duas. Digere iterum. Postremo divide in Part. duas aequales. Unam per se serva, alteri vero adde Ambr. griseae et Moschi opt.  $\bar{a}a$  Drachm. duas. Signetur hic BALSAMUM VITAE CUM AMBRA ET MOSCHO. (Alias formulas parum differentes praetereamus; vid. etiam sequentes.)

BALSAMUM VITAE HUFELANDI Pharm. paup.

Rec. Ol. Lavend., Anthos, Bergamott., Bacc. Juniper., Terebinth. larin.  $\bar{a}a$  Drachm. semis, Spir. Vini rectif. Unc. decem. Mixta frigidae digestionem committantur et filtrentur per gossypium.

BALSAMUM VITAE DE LELIÈVRE v. Elixir de SPINA.

BALSAMUM VITAE RULANDI v. Balsamum Sulphuris.



126 BALS. VITAE seu NERVINUM — BARYTA ACETICA

**BALSAMUM VITAE** seu NERVINUM, Tinctura balsamica seu Succini aromatica Ph. Succicae.

Rec. Ol. Caryophyll., Cinnamom., Lavendul., Nuc. Moschat. dest.  $\frac{aa}{aa}$  Scrup. unum, Tinct. Succin. (Pharm. Succic.) Unc. quatuor. Miscantur.

**BALSAMUM VITAE DOMINI** L. L. v. Elixir universale.

**BALSAMUM VITAE** TEICHMEIERI sec. SPIELMANNUM.

Rec. Ol. (Quintar. Essentiar.) Citri Scrup. quatuor, Bergamott. Gutt. duodecim, Cinnamomi, Menthae  $\frac{aa}{aa}$  Gutt. duodeviginti, Ol. Cardamom., Caryoph., Meliss. Turcic., Macid., Anthos, Lavendul.  $\frac{aa}{aa}$  Gutt. duodecim, Ol. Rutae et Salviae  $\frac{aa}{aa}$  Gutt. quinque. Dissolvantur in Spir. Vini alcalisati loti Unc. sex. Coloretur Rad. Alkannae suff. quantitate; filtrato liquori addatur Tinctur. Ambr. Drachm. semis. — Alia formula: Rec. Ol. Caryoph. Gutt. quindecim, Ol. Macid. Gutt. duodecim, Ol. Cardamom. Gutt. decem, Ol. Cubeb. Gutt. septem, Ol. Cinnam. Gutt. quatuor, Ol. Citr. Drachm. semis, Ol. Lign. Rhodii Gutt. quatuor, Ol. Salviae Gutt. decem, Ol. Menth., Lavend.  $\frac{aa}{aa}$  Gutt. octo, Bals. Peruv. Drachm. unam, Moschi Gran. tria, Ambr. Gran. unum, Spir. Vini rectificat. Unc. tres. Digere per 8 dies et filtra.

**BALSAMUM VITAE REFORMATUM** sec. VAN MOXS.

Rec. Ol. Succin. rect. Part. unam, Bals. Peruv. Part. tres, Spir. Lavend. et Aq. Coloniens. utriusque rectificatae  $\frac{aa}{aa}$  Part. centum et viginti. Solve digerendo.

**BALSAMUM VULNERARIUM** Ph. Wirtemb., Balsamum vulnerarium commune seu STARLII, Essentia seu Tinctura Terebinthinac. *Bundbalsam. Baume vulne-raire, Teinture de Terebenthine.*

Rec. Spir. Vini rectificatiss. Unc. sex, Terebinth. Venet. Unc. unam semis. Mixta solvantur in liquorem aurei coloris. — Ph. Gallicae formula cum hac congruit.

**BALSAMUM VULNERARIUM** v. etiam Balsamum Commendatoris (p. 112.) et BURRY (p. 110.).

**BALSAMUM VULNERARIUM** BAUMÉ.

Rec. Herb. rec. Plantag. utriusque, Telephii, Bugulae, Prunellae, Consolid. major, Saniculae, Ling. cervin., Veroniceae, Absinthii, Ceranii Robert., Millefolii, Pilosellae, Summit. Cent. min., Heder. terrestr., Quinquefolii, Flor. Hyperici  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas. Conc. cont. adde Vini rubri, Spirit. Vini  $\frac{aa}{aa}$  Unc. octo, Ol. Rosat. Libr. duas semis. Macera per 2 dies in balneo Mariae, tunc calefac ad ebullitionem, cola cum expressione et admisce Terebinthinac. clarae Libr. unam. Miscce calefaciendo et serva. (V. etiam Bals. polychrestum LEMPRY p. 119.)

**BALSAMUM VULNERARIUM** DIPPPELLI v. Liqueur.

**BALSAMUM VULNERARIUM** MINDERERI.

Rec. Terebinth. Venet. Unc. unam semis, Elemi pulv. Unc. semis. Solvatur lenissimo igue,

postea addantur Ol. Hyperic. infus. Unc. una semis, Ol. Hyperic. destill. Scrup. duo. Miscce; fiat Balsamum.

**BALSAMUM VULNERARIUM** STARLII. Liqueur vulnerarius, Essentia seu Tinctura vulneraria STARLII.

Rec. Tinct. Succin. ordinar. Unc. duas, Tinct. Myrrh. Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. semis. Miscce, digere loco calido.

**BALSAMUM VULNERARIUM ITALICUM** LE MORT.

Rec. Ol. Terebinth. Unc. quatuor, Olivar. Unc. duodecim, Laurin. Unc. decem, Junip., Spicae, Petrae, Hyperic.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Cerae citr. Unc. quatuor. Fiat l. a. Balsamum, quod si lubet, cum s. q. Santali tingatur.

**BALSAMUM VULNERARIUM VEGETABILE** v. Liqueur.

**BALSAMUM VULNERARIUM VIRIDE** Ph. Argentoratensis.

Rec. Ol. Lini et Olivar.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. sex, Ol. Laurin. Unc. unam, Terebinth. Venet. Unc. duas. Leni igne liquefiant et refrigeratis admisceantur Aeruginis subtilissime tritae Drachm. tres, Aloës Succotr. pulv. Drachm. duae, Vitriol. alb. pulv. Drachm. una, Ol. destill. Bacc. Junip. Unc. semis, Ol. Caryoph. Drachm. una. Miscceantur exactissime. — Haec formula cum BALSAMI VULNERARII METENSIIUM ex SCHROEDERO in summa rei congruit.

**BALSAMUM VULNERARIUM VIRIDE EMENDATUM.**

Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Terebinth. Venet. Unc. sex, Acet. Vini Unc. tres, Aerug. pulv. Drachm. unam. Miscce, coque per quadrantem horae; semirefrigeratis addantur Galbani depurati, Mastich. et Myrrh. pulv.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Bals. Commendat. Drachm. duae, Spir. Vin. rectificatiss. Unc. semis. — Haec formula cum SCHROEDERI in summa rei congruit.

**BALSAMUM VULNERARIUM** WEDELLI.

Rec. Ol. Tartar. foetid., Bals. Peruv.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Bals. Copaivae, Bals. Sulphuris  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. semis.

**BALSAMUM** DE ST. YVES v. Balsamum ophthalmicum (p. 117.).

**BALSAMUM ZIBETHI** TIMAEI. *Zibethbalsam. Baume de Zibethe.*

Rec. Ol. Nucist. expr. Drachm. sex, Zibeth. Drachm. semis, Ambrae, Moschi  $\frac{aa}{aa}$  Gran. quinque, Ol. Macid. dest. Gutt. tres. Miscce; fiat Balsamum.

**BALSAMUS** idem quod Balsamum.

Quod de Aquis vetustioribus (p. 99.) memoravimus, non minus de formulis ad Balsama vetustiora valet, quas ideo ex eadem ratione praeteremus.

† **BARYTA ACETICA**, Acetas Barytae seu baryticus, Terra ponderosa acetata, Spathum ponderosum acetatum, Sal Aceti baryticum. *Essence de Baryt-oder Schwereerde, Barytacetat. Acetate de Baryte ou de Terre pesante.*



Rec. Aceti concentr., aequali Pondere Aquae diluti, quantum vis. Leni calore calefactumingere pedetentim Baryum sulphuratum pulveratum (vel Barytam carbonicam), donec liquor saturatus sit. Filtra, edulcora residuum in filtro et evapora liquorem clarum, si opus est, iterate filtrandum, lenissimo calore ad crystallisationis cuticulam; tunc relinque porro aëri evaporatione spontanea, donec sal crystallisatum sit. — Prismata exhibet hyalina, nitida, oblique rhomboidica vel irregulariter octogona cet.; sapore nauseoso pungente-salvo; reagat paulum alcalini modo, aëre fatiscit et Aquam amittit; facilis soluti in aqua et quidem facilius in aqua frigida quam in aqua fervida; solubilis etiam in spiritu vini; calore forti decomponitur. (De ceteris proprietatibus conf. Salia barytica in Baryta pura.) — Inservit solummodo tanquam reagens in acidum sulphuricum.

† BARYTA CARBONICA, Carbonas Barytae seu baryticus, Terra ponderosa aërata seu carbonica. Kohlensäurer Baryt oder Schwererde. Carbonate de Baryte, Baryte carbonatée, Craie barytique ou pesante.

Rec. Baryi sulphurati subtilissime pulverisati quantum vis. Coque cum viginti Aquae purae Partibus per semihoram, filtra et edulcora residuum sedulo, tunc admisce liquori filtrato, claro, diluto, Solutionis Salis volatilis vel Salis Sodae purae quamdiu praecipitatum oritur, quod aqua purissima optime edulcora, sicca et serva. (Parari etiam potest praecipitando Solutionem Terrae ponderosae salitae cum Solutione Salis cujusdam alcalini aëraati, vel coquendo Barytam sulphuricam laevigatam aut artificialem cum pari Pondere Ciner. clavell. dep. vel duplo Salis Sodae crystall. per aliquot horas, filtrando miscellam fervidam et edulcorando residuum celeriter aqua bulliente.) — Pulvis niveus, ponderosus, impalpabilis, insipidus, in acido salis, nitri cet. inter effervescendum dissolubilis, solutio acido sulphurico penitus praecipitatur. — Constat ex Barytae et Acidi carbonici aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* toxica. — *Usus:* Per se non tanquam medicamentum adhibetur; inservit praecipue ad paranda alia salia barytica.

† BARYTA CHLORICA seu CHLORINICA, Baryta muriatica hyperoxygenata, Chloras Barytae seu baryticus. Chlor-saurer Baryt, überoxydirt salzsaurer Baryt. Chlorate de Baryte.

Rec. Kali chlorici quantum vis. Solve in sufficiente quantitate Aquae fervidae et admisce Acidum fluo-silicicum paulum in excessu, post aliquod tempus filtra cum expressione et digere acidum chloricum impurum, hoc modo obtentum, cum Baryta pura, donec liquor saturatus sit, qui filtrandus et evaporatione in crystallos redigendus. — Prismata exhibet decolora, pellucida, tetragona, saepius tabula-

ria, sapore ingrato corrugante, aëre immutabilia, facilia soluti in aqua, in spiritu vini non. — Constat ex Barytae et Acidi chlorici aequalibus Pond. Mixt. — Calore decomponitur, Oxygenium emittit et Baryum chloratum relinquit, cum corporibus combustilibus igne detonat et quidem cum Sulphure flammam pulcherrime smaragdinam praebet. — *Vis:* toxica. — Ad parandum acidum chloricum et ad ignem artificiosum (Feuerwerk) inservit.

BARYTA HYDRATA v. Baryta pura.

BARYTA HYDRIODICA, Baryum iodatum, Hydriodas Barytae, Iodetum seu Ioduretum Baryi. Hydriodsaurer Baryt, Jodbaryum. Hydriodate de Baryte, Iodure de Baryum. — Cum Baryta pura, Ferro, Iodo et Aqua uti Calcaria hydriodica obtinetur. — Crystallus exhibet tenuissimas, aciculares, facile solubiles in Aqua; solutio aëre colorem fuscum assumit. — Novissimis temporibus tanquam medicamentum proponitur. Non autem nisi summa cum circumspectione praeparatum perniciosum applicandum.

BARYTA HYDROTHIONICA v. Baryum sulphuratum.

† BARYTA IODICA, Iodas Barytae seu baryticus. Jodsaurer Baryt. Iodate de Baryte.

Rec. Natr. iodici quantum vis. Solve in Aq. calida et admisce Solutionem Terrae ponderosae salitae, quamdiu praecipitatum enascitur, quod post refrigerationem Aqua frigida edulcora et serva. — Pulvis albus granuloso-crystallinus, fere insolubilis in aqua, igne decomponitur, cum corporibus combustilibus languide detonat. — *Part. const.* Barytae chloricae analogae. — *Vis:* toxica. — Ad parandum acidum iodicum (p. 20.) inservit.

BARYTA MURIATICA v. Terra ponderosa salita.

† BARYTA NITRICA, Nitras Barytae seu baryticus, Barotes seu Barytes nitratus sive Nitri, Nitrum Barytae seu Terrae ponderosae, Nitrum ponderosum. Salpetersaurer Baryt, Baryt oder Schwererde-Salpeter. Nitrate de Baryte. Nitre de Terre pesante. — Obtinetur dissolvendo Barytam carbonicam in Acido Nitri diluto et evaporando liquorem clarum saturatum ad crystallisationem. — Octaedras exhibet regulares et crystallos inde derivandas, decolores, pellucidas, sapore ingrato acri-salvo et amaro, aëre immutabiles; calore sal decomponitur et cum corporibus combustilibus calefactum detonat; in aqua medioeriter solubilis. — *Part. const.* Acidi Nitri et Barytae aequalia Pond. Mixt. — *Vis:* uti reliqua salia barytica, toxica. — *Usus:* Tanquam



reagens et ad parandam Barytam puram inservit.

† BARYTA PHOSPHORICA, Phosphas Barytae seu baryticus, Terra ponderosa phosphorata seu phosphorica. Phosphorsaurer Baryt oder Schwerverde. *Phosphate de Baryte*. — Obtinetur praecipitando Solutionem Terrae ponderos. salit. Solutionis Ammonii phosphorici ope, quae solutio saturando Acidum phosphoricum impurum (Calcariam phosphoricam acidam) cum Spirit. Salis Ammoniaci paratur, edulcorando praecipitatum et siccando. — Pulvis albus, tener, insipidus, insolubilis in aqua, solubilis autem in acido salis, nitri, cet. — Ad parandum Acidum Phosphori, Sodam phosphoratam, cet. inservire potest.

† BARYTA PURA seu CAUSTICA, Terra ponderosa caustica, Baryum oxydatum, Oxydum Baryi seu barycum, Protoxydum Baryi. Reiner, ägender Baryt oder Schwerverde, Baryumoxyd. *Baryte, Terre pesante, Protoxyde de Barium*. — Obtinetur calcinando Barytam nitricam in crucibulo argenteo vel retorta lapidea igne gradatim aucto ad incandescentiam fortioris usque, donec Gas evolvi cessaverit. Massa restans post refrigerationem statim asservanda. — Massa terrea, cinerascens alba, friabilis, p. sp. 4,0, sapore precaustico-corrugante; igne fortissimo vix funditur. — Constat ex Baryi et Oxygenii aequalibus Pond. Mixt. — Aqua irrorata valde fervescit, exstinguitur uti calx viva et in Barytam hydratam, Hydratem Barytae, Barythydrat, convertitur. In aqua ipsa non parum solubilis, aquae frigidae viginti et aquae ebullientis duas solummodo Partes ad solutionem requirit. Solutio fervida concentrata refrigerata crystallisatam, Barytkrystalle, exhibentes. (Barytam hydratam et crystallisatam etiam decomponendo Solutionem Baryi sulphurati ope Magnesiae Vitriariorum vel Cupri oxydati aut Plumbi oxydati hydrati parari potest. Coquitur enim Solutio cum sufficiente quantitate harum substantiarum, donec liquor filtratus cum solutione sacchari saturni non amplius coloretur, tunc filtrandum). — Cum acidis salia format barytica, quae, si solubilia, omnia acidi sulphurici et salium sulphuricorum ope praecipitantur, spathum ponderosum (l. 335.) praebentia. — *Vis*: magnopere caustica, toxica. — *Usus*: Ad parandam Aquam Barytae (p. 48.) et Baryum hyperoxydatum praecipue inservit.

BARYTA SULPHURATA v. Baryum sulphuratum.

BARYTES seu Barotes = Baryta.  
BARYUM HYPEROXYGENATUM seu hyperoxydatum, Hyperoxydum Baryi. Baryumhyperoxyd. *Hyperoxyde ou Deutoxyde de Barium*.

Rec. Barytae purae pulv. quantum vis. Calefiat in crucibulo platineo vix ad incandescentiam usque, immittatur tunc sensim in parvis portionibus Kali chloricum, quamdiu massa inde leviter incandescit; tunc Aqua affunditur et pulvis restans edulcoratur aqua frigida. Paratur etiam introducendo in Barytam puram in tubo porcellaneo ad incandescentiam vix calefactam Aërem vitalem (p. 27.), donec non amplius absorbeatur. — Massam exhibet albedo-grisecam, friabilem, fere insipidam, vix alcalium modo reagens. — Constat ex Baryi 1 et Oxygenii 2 Pond. Mixt. Calore fortissimo Oxygenium amittit et in Barytam causticam immutatur. Insolubilis in aqua, quacum autem sese jungit, Hydratum Baryi hyperoxydati praebens, quod secundum primam nostram praescriptionem obtinetur. — Pulvis albus, pariter insipidus et insolubilis in aqua. Solvitur in acido salis aqua magnopere diluto sine effervescentia. — Ad parandam Aquam oxygenatam (p. 83.) inservit.

### † BARYUM SULPHURATUM. Schwefelbaryum. *Sulphure de Barium*.

*Synon.*: Sulphuretum Baryi, Baryta sulphurata, Hepar Sulphuris baryticum seu Terrae ponderosae. Schwefelbaryt, Baryt- oder Schwerverde; Schwefelleber.

Rec. Spathi ponderosi laevigati  
Libras duas,

Pulveris Carbonum subtilissimi  
Uncias sex,

Farinae cerealis Uncias tres.

Misce exactissime et fiat cum sufficiente Aquae quantitate massa tenax, massae pilularum consistentia, ex qua formentur globuli vel cylindri breves, sesquipollicem circiter crassi; exsiccentur lente aëre, tunc stratificentur in furno aenemeo carbonibus, qui lente accenduntur, augeatur tunc ignis, et post vehementem incandescentiam per horam claudatur furnus et tegantur carbones cineribus. Post refrigerationem eximitur productum et servatur in vasis clausis. — Massam exhibet hepaticam, plus minus nigrescentem, sapore precaustico et sulphurino. — Constat praecipue ex Baryi et Sul-



phuris aequalibus Pond. Mixt. — Modice, semper autem partim solummodo, solubilis in aqua; solutio concentrata calida, flavescens, in frigore crystallos demittit albas, pellucidas, tabulares, BARYTAM HYDROTHIONICAM, Hydrothionsauren Baryt, (sive Baryum sulphuratum hydratum), exhibentes, aëre mox flavescen- tes. — *Vis*: caustica, venenata.

Sit Baryum sulphuratum supra ut bonae notae descriptum; sit majori ex parte in aqua solubile; massa autem vix caustica et sulphurina, minori tantum ex parte solubilis in aqua, removeatur.

*Usus*: Ad parandam Terram ponderosam salitam et alia Salia barytica uti et Barytam hydratam (v. supra) inservit.

BENEDICTA SOLUTIVA NICOLAI Ph. Augu- stanæ.

Rec. Rad. Turpeth. el., Sacchar.  $\overline{aa}$  Drachm. decem, Diacrydii sulphurati, Rad. Esulae ppt., Hermodactyl. Flor. Rosar.  $\overline{aa}$  Drachm. quin- que, Caryoph., Spicae Indic., Rad. Zinzib., Croci, Sem. Saxifrag. ver., Piper long., Sem. Amomi veri, Cardam. min., Sem. Apii, Petrosel., Milii Solis, Foenic., Asparag., Carvi, Rusci, Salis Gemmae, Rad. Galang., Macid.  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Mell. desp. opt. Libr. unam semis. Misce; f. l. a. Electuarium.

BEZOARDICUM ANIMALE. Ratterpuffer. *Poudre de Vipères*. — Est Pulvis Viperarum Italicarum.

BEZOAR seu BEZOARDICUM ANIMALE BATEANUM. — Obtinetur affundendo in Cornu Cervi ppt. Spir. Vitrioli q. s., ut fiat Pasta, ex qua formentur globuli, qui statim exsiccandi.

BEZOARDICUM CURVI COMPLETUM et INCOMPLETUM v. Decoctum.

BEZOARDICUM CORNU CERVI GRIMMII sec. TRILLERUM.

Rec. Rasur. Corn. Cervi, Cornu Cervi philo- sophice ppt., Cornu Cervi usi ppt.  $\overline{aa}$  Unc. duas, Sal. volatilis Cornu Cervi Drachm. unam, Sulphur philosophice ppt. Drachm. duas, Ter- rae sigill. Zeylanic. Unc. semis, Lapid. Bezoard. Orient. Drachm. tres, Fol. Auri Nro. quinque, Ol. dest. Cinnam. Gutt. decem. M., f. Pulv. subtilissimus. (Bezoardicum Cornu et Ungulae Alcis, Bezoardic. Cornu Rhinocerotis et Bezoard. viperinum GRIMMII similes sunt compositiones. — V. etiam Pulvis.)

BEZOARDICUM JOVIALE. Zinnbezoar. *Be- zoar jovial*.

Rec. Regul. Antim. simpl. Unc. quatuor, Stann. Anglic. Unc. duas. Fundantur simul in crucibulo, effusa atque refrigerata pulverisen- tur, postea additis Mercur. sublim. Unc. octo atque optime in mortario vitreo mixtis ad in- timiorem solutionem, reponantur per aliquot dies noctesque in cellam, tum retortae immissa destillentur, Butyri Antimonii instar; liquor, qui prodit, affusa magna aquae fontanae quan- titate diluatur, et praecipitabitur pulvis albus, qui repetita aquae tepidae affusione, edulcora- tus et siccatus, cum triplo Nitri detonetur. Postea, affusa multa aqua omni salsedine pri- vatus servetur. Hoc labore praeter necessitatem copioso nihil aliud obtinetur, nisi Antimonium diaphoreticum ablutum (p. 36.), Stanni oxy- dati particulas, ut veri est simile, continens. (Conf. etiam Antihecticum POTEAU l. cit.)

BEZOARDICUM LUNARE Disp. Viennens. Silberbezoar. *Bezoar d'Argent*.

Rec. Regul. Antim. lunaris Libr. semis, Nitr. dep. Libr. unam semis. Misceantur, detonen- tur, bene edulcorentur et siccentur. — Aliae formulae ad parandum Bezoardicum lunare saepius nihil aliud praebent nisi Antimonium diaphoreticum vel Acidum stibicum passim Ar- gento chlorato uti et Cupro oxydato mixtum. (Vid. etiam Pulvis Viennensis albus virgineus.)

BEZOARDICUM MARTIALE, Pulvis ca- checticus LUDOVICI, Specificum sto- machicum POTERII. Bezoardisches Eisen- oder Ludovici's eröffnendes Pulver. *Bezoar martial* ou *Poudre cachectique de Ludovici* — sec. Ph. Wirtemb. — Eadem methodo, qua praecedens Bezoardicum joviale, paratur, Reguli jovialis loco, Regulo martiali sumto. — Sec. Ph. Helvetic. et SPIELMANNUM Limat. Mar- tis Unc. quatuor et Antimon. crudi Unc. sex ( $\overline{aa}$  Unc. sex Sp.) cum Nitr. dep. Libr. duabus semis (Nitr. crud. Libr. tribus Sr.) detonantur et calcinantur. Calx probe edulcoratus serva- tur. — Praeparatum primum cum Antimonio diaphoretico abluto convenit, praeparato pos- teriori autem Crocus Martis admixtus est.

BEZOARDICUM MERCURIALE — pariter nihil aliud est nisi Acidum stibicum vel stibiosum.

BEZOARDICUM MINERALE. Mineralischer Bezoar; oder Widergift. *Bezoar mineral*.

Rec. Mercur. Vitae Unc. duas, Nitr. cryst. exsicc. Unc. sex. Misceantur et in crucibulo, per vices ingerendo, lenissime detonentur. Massa alba salina aqua fontana solvitur atque edulcoratur. Pulvis subsidens leni calore exsiccat. — Praeparatum hoc pariter cum Antimonio dia- phoretico abluto congruit. — Sec. alias formu- las Butyrum Antimonii repetitis vicibus Acido Nitri tractatur et residuum denique candefit. — Hoc modo obtinetur Acidum stibicum vel sti- biosum purum.

BEZOARDICUM SATURNI sec. BATE. Weis- bezoar. *Bezoar de Saturne*. — Fit Tincturam extrahendo ex Vitro Saturni (quod fieri potest ex Minio et Silicia) cum Butyro Antimonii non rectificato et cum Spirit. Nitri figendo l. a.

BEZOARDICUM SOLARE sec. Disp. Vien-



nense. *Goldbezoar. Bezoar d'Or.* — Fit ex Reguli Antimonii puri (methodo praeter necessitatem copiosa obenti) Part octo et Auri Part. una, quae flando jungenda, tunc refrigerata et pulverisata cum tripla Nitri quantitate detonanda, edulcoranda et siccanda. (Alias praescriptiones plerumque ineptas praeteremus.)

**BEZOARDICUM VENERIS** sec. BATE. *Supferbezoar. Bezoar de Cuirre.* — Fit Tincturam eliciendo ex Squamis Cupri cum Butyro Antimonii rectificato et sigendo per Spir. Nitri.

**BICARBONAS, BIOXALAS, BISULPHIAS, BISULPHURETUM, BITARTRAS** cet. v. quaeque Nomina Basiim vel Nomina antiqua.

**BISMUTHUM OXYDATUM ALBUM** seu Bismuthum nitricum sive subnitricum et **BISMUTHUM CHLORATUM PRAECIPITATUM** v. Magisterium Marcasitae.

**BOLI ADSTRINGENTES BORIES.** *Bories adstringende Bissen. Boules adstringentes BORIES.*

Rec. Lap. Haematit. Drachm. semis, Boli Armen. Scrup. duos, Corn. Cerv. rasp. Drachm. tres, Extr. Tormentill. Drachm. unam, M., fiant cum s. q. Syr. Menth. Boli quatuor.

**BOLI ADSTRINGENTES BREBA.**

Rec. Alumin. pulv. Gran. decem, Catechu Gran. quinque, Kino Gran. sex, Conserv. Rosar. q. s. M., f. Bolus unus.

**BOLI ADSTRINGENTES ELLIS,** seu ex Alumine LEWIS.

Rec. Alumin., Extr. Chin., Nuc. Moschat.  $\overline{aa}$  Gran. decem, Syr. simpl. q. s. ut f. Bolus unus.

**BOLI ADSTRINGENTES PARMENTIER.**

Rec. Catech. Gran. duodecim, Extr. Opii Gran. semis, Conserv. Rosar. q. s.

**BOLI ADSTRINGENTES seu RATANHIAE** sec. CADET.

Rec. Extr. Ratanh. Drachm. semis, Alumin. Gran. decem, Conserv. Cynorrhodi Drachm. unam, Syr. adstringent. q. s. F. Boli viginti. — Alia formula: Rec. Extr. Ratanh. Scrup. unum, Conserv. Rosar. rubr. Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. q. s. F. Boli octo.

**BOLI ADSTRINGENTES Ph. Lusitan. edit. vetustioris.**

Rec. Salis Sodae dep. Scrup. duos, Calomel. Grana sex, Roob Sambuci et Pulv. Liquir. aa q. s. Fiant Boli sex. — Alia formula: Rec. Extr. Cicutae Gran. tria, Mercur. MOSCATTI Gran. unum. Misce; fiant cum s. q. Extr. Dulcamarae Boli tres. — Alia formula: Rec. Extr. Rhabarb. aquos., Extr. Myrrhae sq. aa Scrup. unum, Aloës Succotr. Scrup. semis, Sapon. medicati et Terrae foliatae Tartari aa Drachm. unam. Fiant cum s. q. Oxym. simpl. et Pulv. Liquir. Boli viginti quatuor. (V. etiam Boli purgantes.)

**BOLI RESOLVENTES ET ANTISYPHILITICI v. Boli antisypilitici et resolventes.**

**BOLI RESOLVENTES ET DEPRIMENTES BRERA.**

Rec. Calcariae iodicae (Iodatis Calcis) Grana sex ad decem, Extr. Aconiti Napelli Grana quatuor ad viginti. Fiant Boli sex.

**BOLI RESOLVENTES DIAPHORETICI BRERA.**

Rec. Kermet. miner. Gran. sex, Pulv. R. Hypecac. Gran. septem, Calomel. Gran. octo. Misce; fiant cum s. q. Roob Sambuci Boli sex.

**BOLI RESOLVENTES ET INCITANTES BRERA.**

Rec. Calomel. Gran. sedecim, Kermet. mineral. Gran. octo, Camphorae Gran. triginta, Roob Sambuci q. s. Fiant Boli sex.

**BOLI RESOLVENTES ET PURGANTES BRERA.**

Rec. Pulv. R. Rhabarb. Drachm. unam, Sapon. Venet. rasi Drachm. unam semis, Roob Sambuci q. s. Fiant Boli octo.



**BOLI RHEI CUM MERCURIO** Lewis.

Rec. Rad. Rhei el. pulv. Gran. viginti quinque, Calomel. Gran. quinque, Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum.

**BOLI E RHEO** sec. Formulaire des Hopit. mil. de France. *Rhabarbarbissen. Boules de Rhubarbe.*

Rec. Pulv. Rhabarbari Part. unam, Sal. mirab. CLAUBERI Part. duas. Fiant cum pauxillo Aquae Boli Ponderis a medico ordinati. — SAUNDERS et SWEDIAUR Pulv. Rhab. Drachm. semis et Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum, praescribunt.

**BOLI E RHEO SEDATIVI** v. Boli ad Diarrhoeam (p. 134).**BOLI RHEUMATICI** LEWIS.

Rec. Extr. Res. Guajaci Drachm. semis, Salis Corn. Cervi Gr. septem, Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum.

**BOLI ROBORANTES** v. Boli antigonorrhoeici (p. 131.)**BOLI EX ROSEMARINO** AUGUSTINI sec. PERFECT. *Bissen aus Rosmarin. Boules de Rosmarin.*

Rec. Pulv. Herb. Anthos Drachm. semis, Limat. Martis alcohol., Pulv. Myrrh.  $\overline{aa}$  Gran. decem, Pulv. aromat. Gran. duo, Syr. Cort. Aurant. q. s. ut fiat Bolus unus. (V. etiam Boli martiales emmenagogi.)

**BOLI RUBRI** v. Boli de Cinnabare (p. 133.).**BOLI EX SABINA** AUGUSTINI.

Rec. Conservae Sabinac Drachm. semis ad unam, Syrupi domestici q. s. ad Bolum unum. (V. etiam Boli emmenagogi.)

**BOLI CONTRA SALIVATIONEM** v. Boli in Pityalismo mercuriali.**BOLI SAPONACEI** *Seifenbissen. Boules de Savon SAUNDERS et SWEDIAUR.*

Rec. Conservae medicatae Scrup. duos, Ol. Carvi Guttas duas ad tres, Syr. balsamici (Tolut.) q. s. Fiat Bolus unus. Interdum adduntur Extr. Aloës Gran. quatuor vel Rhabarbari aquos. Gran. septem.

**BOLI SCAMMONII COMPOSITI** GRAY e Pulvere vermifugo GRAY cum Conserva Absinthii et Syr. simpl. parantur. (V. etiam Boli anthelmintico-laxantes.)

**BOLI SCILLITICI** v. Boli contra Oedema Pulmonum.**BOLI SCILLITICI** LEWIS.

Rec. Rad. Squillae rec. Gran. duodecim, Specier. aromat. pulv. (Lew.) Scrup. unum, Ol. Menth. pip. Gutt. unam. Misce; f. l. a. Bolus unus.

**BOLI SEDATIVI** SAUNDERS. *Beruhigende Bissen. Boules sedatives de SAUNDERS.*

Rec. Salis sedativi HOMBERGI Drachm. semis, Conservae Aurant. Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus. (V. etiam Boli diaphoretici sedativi.)

**BOLI E SPONGIA** v. Boli contra Strumam.**BOLI E STANNO** v. Boli vermifugi.**BOLI STIBIATI** seu **ANTIMONIATI** sec. Formulaire des Hopit. milit. de France. *Bissen mit Spießglas. Boules stibies ou antimoniées.*

Rec. Antimonii crudi praep. Part. duas, Pulv. Cinnamomi Part. unam, Conservae Rosar. q. s. Fiat Boli Ponderis designati. — SWEDIAUR Antim. crudi ppt. Drachm. semis, Conserv. Cochlear. Scrup. unum et Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum, praescribit.

**BOLI STIMULANTES** v. Boli ad Paralysin.**BOLI STIMULANTES et TONICI** CADET, ST. MARIE et PIERQUIN. *Erregende und stärkende Bissen. Boules stimulantes et toniques.*

Rec. Pulv. Flor. Arnicae, Camphorae  $\overline{aa}$  Gran. quatuor, Elect. Theriacae q. s., ut fiat Bolus unus.

**BOLI STOMACHICI** CADET. *Magenbissen. Boules stomachiques.*

Rec. Pulv. Aloës Scrup. unum, Extr. Rhabarb., Extr. Chinae  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Extr. Gentianae Drachm. duas, Syr. Absinth. q. s., ut fiant Boli quadraginta — Alia formula: Rec. Pulv. Croci Gran. sex, Cinnamomi Gran. tria, Magnes. ust. Gran. octo, Syr. simpl. q. s., ut fiat Bolus unus.

**BOLI STOMACHICI** RATIER.

Rec. Pulv. Croci et Cinnamomi  $\overline{aa}$  Gran. sex, Syr. simpl. q. s. ad Bolum unum. — Alia formula: Rec. Croci Martis aperitivi (Ferri subcarbonici) Gran. sex, Magnes. ustae Gran. octo, Pulv. Cinnamomi Gran. quatuor, Croci Gran. sex, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus.

**BOLI STOMACHICI** PIERQUIN et ST. MARIE.

Rec. Limat. Mart. alcohol. Drachm. duas, Cinnamomi Drachm. unam, Fellis Tauri Unc. unam, Syr. C. Aurant. q. s. Fiat Boli sedecim. (V. etiam Boli incitantes stomachici p. 135.)

**BOLI STOMACHICI** SAUNDERS et SWEDIAUR.

Rec. Pulv. Flor. Chamom. Drachm. semis, Syr. simpl. q. s. F. Bolus unus. Si necesse, Zinziberis Gran. decem aut Rhabarb. vel Sal. Ammoniac. Gran. quinque addi possunt.

**BOLI STOMACHICI** SWEDIAUR et VAN MONS.

Rec. Salis Sodae dep. Gran. decem, Pulv. aromati Scrup. quatuor. Fiant cum q. s. Syr. Chinae Boli tres.

**BOLI CONTRA STRUMAM** seu antiscrophulosi, sive e Spongia. *Stropfbissen. Boules contre les Ecouelles SAUNDERS et SWEDIAUR.*

Rec. Spongiar. tost. Drachm. semis, Conserv. Cort. Aurant. Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. Fiat Boli tres. — CADET et ST. MARIE Spong. tost. Scrup. unum, Arcani duplicati Gran. quidecim, Bals. Sulphuris simpl. Gutt. decem et Syr. simpl. q. s. ad duos Bolos, praescribunt.

**BOLI SUDORIFERI** LEWIS. *Schweißtreibende Bissen. Boules sudoriferes.*

Rec. Camphorae Gran. quinque, Extr. Thebaici Gran. unum, Syr. Cort. Aurant. q. s. ad unum Bolum.

**BOLI SULPHURETI** MERCURII v. Boli cinnabarini (p. 133.).



**BOLI SULPHURIS.** Schwefelbissen. *Boules de Soufre*, Formul. des Hopit. milit. de France.

Rec. Flor. Sulphuris lot. Gran. octo, Mellis q. s. Fiat Bolus unus.

**BOLI SULPHURIS COMPOSITI** sec. idem Formulare.

Rec. Flor. Sulphuris lot., Sem. Anisi pulv.  $\frac{aa}{aa}$  Gran. octo, Pulv. Fol. Sennae Gran. quatuor, Mellis q. s. Fiat Bolus unus. (V. etiam Boli antipsorici p. 113.)

**BOLI TARTARI CHALYBEATI** RATIER. Bissen aus Eisenweinstein. *Boules de Tartre chalybé.*

Rec. Tartari chalybeati Drachm. semis, Syr. simpl. q. s., ut fiant Boli tres. (V. etiam Boli incitantes stomachici.)

**BOLI TEMPERANTES** ST. MARIE. Temperirende Bissen. *Boules temperantes.*

Rec. Camphorae Scrup. duos, Pulp. Cassiae Unc. semis. Fiant Boli duodecim.

**BOLI TEREBINTHINAE.** Terpentinfissen. *Boules de Térébenthine* sec. Formul. des Hopit. de Paris.

Rec. Terebinth. clarsae, Aq. Parietariae lotae Drachm. unam. Fiant cum s. q. Pulv. R. Liquir. Boli tres. — LEWIS Terebinth. clarsae Scrup. unum cum Pulv. R. Liquirit. q. s., ad unum Bolum praescribit.

**BOLI THERIACALES** LEWIS.

Rec. Theriacae Scrup. duos, Sal. Corn. Cervi Gran. septem, Camphorae Gran. tria; M. f. Bolus unus.

**BOLI TONICI** BORIES. Stärkende Bissen. *Boules toniques.*

Rec. Pulv. Chinae Scrup. unum, Cassiae lign., Lign. Quassiae, Aethiops martialis  $\frac{aa}{aa}$  Gran. sex, Conserv. Enulae q. s. Fiat Bolus unus.

**BOLI TONICI** PIERQUIN.

Rec. Extr. Chinae vinos. Gran. viginti, Nitri dep. Gran. triginta, Conserv. Cort. Aurant. q. s. Fiat Bolus unus.

**BOLI TONICI ADSTRINGENTES** BALSAMICI.

Rec. Pulv. R. Gentianae, Zedoariae  $\frac{aa}{aa}$  Gran. viginti, Bals. Copaivae Drachm. duas, Syr. Rosar. q. s. Fiant Boli duodeviginti.

**BOLI TONICO-ANTISEPTICI** BRENA.

Rec. Extr. Chinae Chin. Drachm. unam semis, Asae foetidae l. a. solut. Scrup. unum. Misce cum s. q. Pulv. Rosar. Fiant Boli octo.

**BOLI TONICO-DIAPHORETICI** BRENA.

Rec. Camphorae Spirit. Vini solut. Scrup. duos, Extr. Chinae vinos. Drachm. tres, Pulv. Zedoar. Scrup. unum, Roob Sambuci Drachm. unam. Fiant Boli duodecim.

**BOLI TONICI SEDATIVI CUM MURIATE** BARYTIS seu Terra ponderosa salita BRENA.

Rec. Magisterii Chinae Scrup. duos, Terrae ponderos. salitae Gran. duo, Extr. Opii BAUMÉ Gran. tria, Mellis desp. q. s. Fiant Boli octo.

**BOLI TRIUM SPECIERUM** sec. Formulaire des Hopit. de Paris. Bissen aus drei Species. *Boules de trois Drogues.*

Rec. Calomel., Diacrydii sulphur., Res Jalappae  $\frac{aa}{aa}$  Gran. decem. Fiant cum s. q. Syr. domestici Bolus unus.

**BOLI CONTRA TUSSIM** Bissen gegen Husten. *Boules contre la Toux PIERQUIN* cet.

Rec. Nitri dep. Grana duodecim, Pilul. de Cynoglossa Gran. quatuor, Conserv. Rosar. rubr. Scrup. duos. Fiant Boli duo.

**BOLI VALERIANAE** v. Boli ad Epilepticos (p. 134.).

**BOLI VERMIFUGI** BORIES, PIERQUIN. Wurmbissen. *Boules vermifuges.*

Rec. Rad. Filicis Maris pulv., Cort. Mori  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Herb. Scordii Scrup. unum, Syr. Absinthii q. s. Fiant Boli sex.

**BOLI VERMIFUGI** FULLERI.

Rec. Mercur. vivi dep., Sacchari Candis  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam. Tere ad extinctionem Mercurii, tunc adde Ol. Amygd. dulc. Guttas duas, Pulv. Scammonii Gran. quatuor. Fiant cum s. q. Syr. Cichor. cum Rheo Bolus unus.

**BOLI VERMIFUGI** RATIER cet.

Rec. Calomel. Gran. duo, Sem. Cinae Gran. octo, Camphorae Gran. sex, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus.

**BOLI VERMIFUGI** RICHARD sec. SPIELMANNUM.

Rec. Rad. Filic. Unc. semis, Rad. Rhabarb. el. Drachm. duas, Sem. Cinae Unc. semis, Calomel. Drachm. unam. Misceantur exactissime et fiant cum s. q. Syr. Absinthii Boli duodecim.

**BOLI VERMIFUGI** SWEDIAUR.

Rec. Calomel. Gran. duo, Rad. Rhei Scrup. semis ad duos, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus. (V. etiam Boli anthelmintici p. 130.)

**BOLI VERMIFUGI** sive STANNO SAUNDERS et SWEDIAURI.

Rec. Pulv. Stanni Scrup. semis, Conserv. Cort. Aurant. Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus.

**BOLI VERMIFUGI** STOREY sec. RENNIE.

Rec. Rad. Jalappae Scrup. unum, Zinziber. Drachm. unam, Sacchari Scrup. duos, Cinnabaris Unc. unam, Syr. simpl. q. s. Fiant Boli pondere requisito.

**BOLI AD VIAS URINARIAS EXCITANDAS** v. Boli antigonorrhoeici (p. 131.).

**BOLI VOMITIVI** RATIER. Brechbissen. *Boules vomitives.*

Rec. Pulv. R. Hypercacuanh. Grana duodeviginti ad viginti quatuor, Mellis q. s. Fiat Bolus unus.

**BOLUS ALEXITERIA** seu CARDIACA BATE.

Rec. Hb. Angelicae, Melissa, Scordii, Pimpin., Scabiosae  $\frac{aa}{aa}$  Man. duos, Hb. Dracontii Man. unum, Flor. Calendul., Tuniciae  $\frac{aa}{aa}$  Man. tres, Xyloaloes Unc. semis, Gran. Kermes Unc. unam semis, Coccionellae Drachm. duas, Vini albi Libr. unam, vel q. s. Macera tepide per 24 horas; fiat expressio et admisceantur Boli Armenae opt. pulv. Unc. octo, ut fiat instar Pulmenti, sole exsiccandi. Repetatur opus 5 vicibus cum infusione dicta; ultimo f. l. a. Trochisci dosis Scrupuli unius ad Drachmae unius. (Aliae



compositiones vetustiores cum Bolo Armena praetereamus.)

**BOLUS ARMENA PRAEPARATA** seu Boli Armenae Praeparatio sive Laevigatio. Präparirter Armenischer Bolus. *Bol d'Armenie préparé.*

Bolus Armena pulverisata Aqua fontana diluitur, Aqua turbida, tenuissimis Boli particulis mixta, leni inclinatione separetur a spisso, novaque Aquae quantitas toties affundatur et effundatur leniter, donec, praeter arenulas et crassiores partes nihil remaneat. Bolus, quae paulatim in Aqua decanthata subsedit, effusa illa, servatur exsiccata.

**BOLUS RUBRA ARTIFICIALIS** sec. VAN MONS. Künstlicher rother Bolus. *Bol rouge factice.*

Rec. Aluminis Part. octo, Vitrioli Martis Part. unam. Solve in q. s. Aquae, tum separatim Lapidis caustici natrini fusi Part. tres cum dimidia. Misce ambos Liquores, bene agitando, praecipitatum lava et sicca.

**BORAS HYDRARGYRI** seu MERCURII, SODAE cet. v. quaeque Nomina Basium vel Nomina antiqua.

**BORAX TARTARISATA** v. Cremor Tartari solubilis

**BORAX USTA** seu CALCINATA. Gebrannter oder calcinirter Borax. *Borax brûlé.* — Uti Alumen ustum (p. 33.) paratur; cavendum autem ne nimium igniatur, alioquin funditur. — Massam exhibet albissimam spongiosam. — Est Borax aqua privata.

**BORUSSIAS FERRI, KALI** seu POTASSAE et OXYDULI FERRI, HYDRARGYRI seu MERCURII cet. v. quaeque Nomina Basium vel Nomina antiqua.

**BOTRIOMEL** v. Succus Musti inspissatus et Syrupus communis.

**BOUGIES** v. Cereoli.

**BRODIUM** v. Decoctum vel Jus seu Jusculum et Infusum.

**BRODIUM ZIBEBARUM** v. Syrupus.

**BROMIUM** v. Species pro Decocto Avenae.

† **BROMUM**, Bromina seu Brominum, Murides seu Murina. Brom, Bromin, Murid oder Murin. *Brome ou Bromine, Muride.*

Rec. Muriae (Mutterlauge) ex Salis communis coctione remanentis, quae Bromum continet, e. g. Crucenacensis vel ab Aqua marina, quantum vis. Evaporet leni calore et refrigescat liquor repetitis vicibus, donec non amplius Crystalli deponantur. Liquorem a crystallis secretum immitte in retortam vitream satis capacem et admisce vigesimam circiter Partem Magnesia Vitriariorum, tunc circiter tantundem Olei Vitrioli, antea Aqua diluti, vel Acidi Salis et adaptato recipiente, glacie, nive vel miscella frigefaciente cincto, junc-turisque optime clausis, fiat destillatio summa cum circumspectione, lenissimo igne,

donec vapores rutilantes evolvi cessaverint. Statim tunc excipulum tollendum et liquor elicitus lenissimo calore in vas recipiens siccum, frigefactum, rectificandus, qui tunc in vasis vitreis firmis, epistomio vitreo optime munitis, loco frigido obscuro sol-licite asservandus. Deficiente occasione Muriam, Bromum continentem, acquirendi, Bromum quoque emi licet, uti prostat in commercio, quod autem investigandum (v. infra), si purum et si necesse, rectifi-catione depurandum. — Liquor obscure fusco-ruber, in stratis tenuibus solummodo colore pulchre igneo pellucidus; p. sp. 2,99; odore suffocante putido Chlori et valde extenuati Acidi borussici subsimili, sa-pore corrugante caustico; admodum vo-latile, temperatura ordinaria nebulas ru-tilantes, acidi nitrosi (p. 21.) persimiles, emittit, temperatura 36° R. jam ebullit et destillatur; in frigore (—16° R.) solidescit, massamque exhibet foliaceo-crystallinam, subplumbeam, metallice splendentem; vi autem electricitatem ducente carens, non aptum cremando, contra cum variis cor-poribus inter, apparentem ignem sese con-jungit. Partes Aquae triginta quatuor ad solutionem requirit, cum spiritu vini et naphtha non sine alteratione conjungi po-test; et cum oxygenio et cum hydrogenio acida propria format. — Principium sui generis Chloro quam maxime affine. — Pond. Mixt 489,150. — Corpora organica plerum-que colore luteo imbuunt, amyllum autem fuscum tingit. — *Vis:* toxica, corrosiva, cutem atque carnem celeriter destruens; vapores suffocantes tussim, angorem, do-lorem capitis cet. efficiunt; destruit etiam colores organicos, odores et miasmata. — Sit liquor supra ut bonae notae descriptus, in vase aperto temperatura ordinaria cele-riter penitus in auras abeat, neque aquam vel quamvis aliam materiam relinquat. — *Usus:* Per se non tanquam medicamentum adhiberi potest; proponunt autem guttas nonnullas in patellam immissas, tanquam desinfectans, uti Gas Chlori evaporatione spontanea relinquendas. — Ceterum ad pa-randum Acidum hydrobromicum (p. 20.) et alias Bromi compositiones inservit.

**BROMETUM** seu BROMURETUM HYDRARGYRI seu MERCURII, KALII seu POTASSII, SODII cet. v. quaeque Nomina Basium.

**BRUCIUM** seu BRUCINUM v. Caniramium.

**BRYONIAE FAECULA** v. Faecula Bryoniae.

**BUFONES COMBUSTI**. Gebrannte Kröten. *Crapaudes brûlés.* — Parantur urendo in novo sicili vitreato, dum in carbonem redigantur.

**BUTYRUM AMYGDALARUM DULCIUM** v. Pasta.

† **BUTYRUM ANTI-MONII**. Spießglanzbutter. *Beurre d'Antimoine.*



*Synon.*: Butyrum Stibii, Oleum Antimonii seu Stibii, Causticum seu Cauterium antimoniale sive potentiale, Antimonium muriaticum seu salitum liquidum, Stibium muriaticum liquidum, Liquor Stibii seu Antimonii muriatici, Antimonium seu Stibium chloratum liquidum sive hydratum, Liquor Chloreti Stibii, Murias Stibii seu Oxyduli Stibii liquidus, Protochloruretum Antimonii liquidum, Murias Antimonii seu stibiosus liquidus. Spießglanzöl, salzsaure Spießglanzflüssigkeit, wässriges anderthalb (einfach) Chlorantimon, Antimon- oder Spießglanz-Chlorür, Antimon-Chlorid. Huile d'Antimoine, Cautère antimonial, Muriate d'Antimoine liquide, Chlorure d'Antimoine cet.

Rec. Vitri Antimonii subtilissime pulverati Uncias quatuor, Salis communis Uncias sedecim. Terantur invicem et immittantur retortae vitreae; affundantur cum Aquae purae Unciis octo diluti

Olei Vitrioli Unciae duodecim. Digerantur in retorta obturata per viginti quatuor horas, saepius retortam movendo, tunc epistomio ablato ponatur in balneum arenae, vel exponatur retorta loricata igni aperto, praeponatur excipulum amplius bene lutandum et fiat initio leni, postea augendo igne destillatio denique ad retortae incandescentiam obscure rubram usque. Seponatur productum elicium plerumque turbidum per aliquot dies in vase clauso, tunc decanthur liquor limpidus a sedimento sulphureo forsitan deposito et servetur in lagenis epistomio vitreo praeditis. — Liquor oleosus, subflavescens, aëre nebulas albidas suffocantes emittens, sapore nauseoso-caustico; pond. sp. 1,42. — Constat ex Antimonii 2 et Chlori 6 Pond. Mixt. (sive ex Antimonii oxydati 2 et Acidi Salis 6 P. M.) cum Aqua et Acido Salis praevalente. Si Aqua diluitur

praecipitatum album floccosum demittit, leni calore penitus in auras abit. — *Vis*: caustica, escharotica.

Sit liquor oleosus, decolor vel paulum tantum flavescens, pond. sp. supra memorato, cum sextuplo Aquae commixtus tantum praecipitati praebeat, ut primum spissescat, praecipitatum autem cum liquore acido mixtum tempore in crystallos aciculares abeat, ammonio hydrothionico colore fusco-aurantiaco imbuatur et calore penitus avolet. Liquor nimis tenuis, aqua dilutus paulum tantum praecipitatum praebens, vel nimis luteus, cum aqua praecipitatum album pulverulentum, tempore non crystallisabile, quod calore non funditur, et fixum praebens, et qui ammonii hydrothionici ope non coloratur, rejiciendus.

*Usus*: Externe solummodo applicatur uti causticum, semper caute adhibendum. Inservit porro ad parandum Pulverem ALGAROTHI.

Variis methodis hoc praeparatum parari potest, non raro autem plus minus a producto ante usitato discrepat. Ph. Borussiae, quae in terris Badensibus hucusque vim legis habebat, eo praecipue a praecepto supra designato discrepat, quod Vitri Antimonii loco Crocum Metallorum sumi proponit, et quidem Croci Metallorum Part. duas, Sal. communis Part. sex, Olei Vitrioli Part. quatuor et Aquae Part. duas. Procedatur autem, uti supra memoravimus. — Ph. Hannoveranae, Hassiae El., Polonicae et Slesvico-Holsaticae formulae cum hac congruunt, uti et Ph. Bavaric. formula, quae autem Croci Metallorum loco Vitrum Antimonii praescribit. — Ph. Borussiae nova Antimon. oxyd. pur. Unc. duas cum Acidi Salis Unc. sex leni calore in cucurbita vitrea coqui praescribit, donec Unciae duae evaporaverint, tunc liquori, filtri ope a pulvere remanente separato, si opus fuerit, Aquae destillatae addi jubet, ut pond. spec. sit = 1,345 — 1,355. — Ph. Amstelodam. Vitri Antimon. Part. quatuor, Salis commun. Part. sedecim, Ol. Vitriol. et Aquae  $\frac{aa}{x}$  Part. octo, — Ph. Batava et Belgica Croci Metall. Part. duas, Sal. commun. Part. octo, Ol. Vitrioli Part. sex et Aquae Part. quatuor praescribunt, — et Disp. Fuldense eo solummodo ab hac formula discrepat, quod Croci Metallorum loco Vitrum Antimonii sumi jubet. — Ph. Danica nova Croci Metall. Unc. quinque, Sal. commun. Unc. sedecim, Ol. Vitrioli Unc. quatuor et Aquae Unc. sex, —



Ph. Rossica Antimon. crudi calcinati Unc. octo, Sal. commun. Libr. unam, Ol. Vitrioli Libr. semis et Aquae Unc. quatuor praescribit. — Ex DOEBBEREINERI praescripto Antim. crud. praep. (p. 35.) cum Triplo Acidi Sal. fum. in cucurbita vitrea satis capaci primum leni calore digeritur, qui gradatim augendus ad ebullitionem usque, quamdiu Aër hepaticus eructatur; tunc solutio ab Antimonio non soluto decanthatur et in retorta vitrea destillatur. Liquor primum prodiens tandem removeatur, donec Aqua diluta valde lactescat, tunc excipiat liquor stillans in recipiente sicco adluta et fiat destillatio ad siccum.

Parari etiam potest hoc Butyrum destillatione non adhibita, e. g. methodo descripta cum Antimonio crudo vel Regulo Antimonii. Ad promovendam dissolutionem Acido Salis fumanti admisceri licet duodecimam Acidi Nitri (p. 21.) Partem, minime plus! tunc miscellae sensim in minutis parcellis admisceatur Antimonii crud. praep. Pars tertia vel Reguli Antimon. pulv. quarta Pars. Ceterum agitur, ut supra memoratum. Obtinebis autem, si Antimonium non purum, productum impurum.

† BUTYRUM ANTIMONII SOLIDUM sive VERUM, Antimonium chloratum seu Chloretum Antimonii, Deuto-Murias Stibii sublimatus. Feste (eigentliche) Spießglanzbutter, wasserleeres oder fast wasserleeres Chlorantimon. *Beurre d'Antimoine anhydre, Chlorure d'Antimoine, Muriale d'Antimoine sublimé.*

(De ceteris Synonym v. praecedens.)

Rec. Antimonii crudi Part. quinque, Mercur. subl. corros. Part. duodecim. Trita in mortario vitreo seu lapideo optime miscantur et statim in retortam siccam, collo amplo praeditam, immittantur; tunc, adaptato excipulo sicco, fiat destillatio; primum igne remissiori, gradatim augendo, quamdiu productum limpidum, in calore liquidum, in frigore indurescens, prodit, quod, si difficiliter ex retortae rostro profluit, prunis candentibus admotis liquandum est. Excipulum tum eximitur; Butyrum leni calore liquatur et in vasis, epistomiis vitreis munitis, loco frigido asservatur. (Augeatur nunc ignis sub retorta ad summum usque, ut ascendat Cinnabaris Antimonii et, refrigeratis omnibus, Cinnabaris sublimata, rejecto Sulphure, quod superiori ejus parti adhaeret, conteratur et abluatur aqua, et denuo e cucurbita sublimetur.) — Obtinetur pari modo Butyrum Antimonii destillando miscellam ex Reguli Antimonii Partibus tribus et Mercurii sublim. corros. Partibus octo. — Massam exhibet ponderosam, solidam, sed mollem, decolorem, subhyalinam, radiato-crystallinam, humorem ex aëre attrahentem et cum minutissima Aquae parte junctam partim crystallos limpidas, prismata tetragona exhibentes, formans; leni calore liquescens et volatile, in aëre nebulas

albas suffocantes eructans; in ceteris proprietatibus, Partibus constituentibus et Vi cum praecedente congruit, magis autem causticum, caret etiam acido in excessu et aqua, quacum non calefit, et nisi nimia quantitas admisceatur, liquorem sublacteum exhibet, qui majore quantitate admixta, permultum Pulveris ALGAROTHI deponit. — *Usus:* Praecedentis.

Secundum nonnullas Pharmacopoeas Butyrum hoc paullum Aquae continet, tunc propius ad praecedens accedit. Sic Ph. Wirtembergica praescribit, miscellam ex Mercurio sublimato corrosivo et Antimonio per aliquot dies in vase aperto aëri exponi, donec humida fiat, et tunc destillari. — Dis p. Brunsvicensis miscellam ex Antimon. crudi Libra una et Mercur. subl. corros. Libr. tribus Unc. una Aquae irrorari proponit. — Ph. Herbitopolitana Antimon. crudi pulv. Unc. octo et Salis commun. decrepitati Unc. duodecim cum Ol. Vitriol. Unc. sex, sensim in minimis portionibus miscellae addendis, destillari praescribit. — Ph. Lusitanica Vitr. Antimon. Libr. unam, Sal. commun. sicci Libr. duas et Ol. Vitrioli Libr. unam destillari suadet. — Ph. Fennica et Suecica Vitri Antimon. (Oxydi stibiosi) alcoholisati Part. unam, Sal. commun. Part. duas et Ol. Vitriol. Part. unam misceri et l. a. destillari praescribit. — BERZELIUS Vitr. vel Regul. Antimonii in suffic. Acidi sulphur. quantitate dissolvi, solutionem ad siccum evaporari et tunc cum Duplo Salis commun. destillari proponit. — Obtinetur his methodis productum partim liquidum, partim crystallinum, medium quasi tenens inter duo praeparata praecedentia.

† BUTYRUM ARSENICI, Arsenicum chloratum, Chloretum Arsenici seu arsenicum, Arsenicum salitum, muriaticum seu hydrochloricum. Arsenicbutter, Chlorarsenik, Arsenichlorid, salzsaurer Arsenikferyd. *Beurre d'arsenic, Chlorure d'arsenic, Arsenic muriatique ou hydrochlorique.* — Simili modo atque Butyrum Antimonii destillatione mixtionis Arsenici Part. unius et Merc. subl. corros. Part. sex paratur. — Liquor limpidus oleosus, ponderosus, valde volatilis, in aëre nebulas albas eructans, odore penetrante nauseoso. — Butyro Antimonii analoge compositum. — Aqua decomponitur et Arsenicum album partim deponit. — Venenum gravissimum. — Olim uti Butyrum Antimonii partim adhibebatur; merito autem hodie vix unquam audetur. (Nominè Butyri seu Liquoris Arsenici olim etiam Arsenicum fixum [Acidum arsenicum p. 15.] in cella per deliquium solutum intelligebatur.)

BUTYRUM CACAO. *Kakaobutter. Beurre de Cacao.*

*Synon.:* Oleum Cacao, Sebum Cacao. *Kakaöl. Huile de Cacao.*

Cacao leniter tosta, a corticibus liberata, contusa et sacco can-



nabino loto inclusa, aquae bullientis vapore impraegnata, et ope torcularis, cujus laminae in aqua fervida calefacta sunt, exprime. Oleum obtentum, nisi clarum, in infundibulo, aqua fervida cincto, filtratur et supra balneum Mariae tamdiu in patina stannea vel lapidea leni calore, saepius agitando, detineatur, donec omnis humiditas adhaerens dissipata sit, tunc in cistulas papyraceas effundatur et refrigeratum loco sicco asservetur. — Oleum solidum, sebaceum, album, p. spec. 0,91, temperatura ordinaria fragilis, temperatura autem 30° R. jam liquescens, odore debili grato Cacao, sapore miti oleoso. — *Vis*: involvens, demulcens.

Sit decolor, mite, calore manus jam deliquescent; coloratum autem vel rancidum omnino rejiciatur.

*Usus*: Interne adhibetur cum vitello ovi mixtum vel in jusculo carnis cet.; externe per se applicatur, vel unguentis passim tanquam constituens admiscetur.

**BUTYRUM seu UNGUENTUM CERAE BATEANUM** Disp. Fuldensis, Ph. Hamburg. p. paup. edit. prim. cet. Buchs-Butter oder Salbe. *Beurre ou Onguent de Cire.*

Rec. Cerae flavae Unc. duas. Solve modico calore in s. q. Spir. Vini; solutio per filtrum effundatur, et quod in filtro remanet, servetur. (V. etiam Cera purificata et Oleum Ceræ.)

**BUTYRUM HERBIS CONDITUM** REYERII. Kräuterbutter. *Beurre confitée avec les Herbes.*

Rec. Herb. Rutæ hort. et Salv. rec. aa Manip. tres. Conc. misce in urceo lapideo cum Cremoris Lactis dulcis Mensur. tribus. Reponantur per 24 horas, deinde modo consueto Butyrum conciat, quod per linteum transmittendum. — Pulmonariis pani illitum prodesset fertur.

**BUTYRUM MAJORANÆ** v. Unguentum.

**BUTYRUM MARCASITÆ** v. Magisterium.

**BUTYRUM CUM OXYDO MERCURII RUBRUM** seu mercuriale rubrum v. Balsamum ophthalmicum rubrum (p. 117.).

**BUTYRUM RUBRUM** v. Unguentum potabile rubrum.

**BUTYRUM RUTÆ** v. Unguentum.

**BUTYRUM SATURNI** seu Unguentum Acetatis Plumbi Ph. Hispanicæ. Blei-Butter oder Salbe. *Beurre de Saturne.*

Rec. Extracti Saturni, Ol. Olivar. aa Libr. semis. Misce in mortario lapideo continuo agitando pistillo ligneo ad Linimenti spissitudinem. (V. etiam Balsamum [p. 120.] et Ceratum Saturni et Unguentum nutritum.)

**BUTYRUM STANNI** v. Liqueur fumans LIBAVII.

**BUTYRUM STIBII** v. Butyrum Antimonii.

**BUTYRUM TEREBINTHINATUM** Disp. Pragensis. Terpentinerbutter. *Beurre térébenthinée.*

Rec. Terebinth. Venet., Vitello Ovi solutæ, Unc. unam, Butyri rec. non salit. Unc. unam, Aq. Malv. Unc. semis; Syr. de Alth. FERNELLI Unc. unam semis. Misce exactissime.

**BUTYRUM VACCINUM DEPURATUM.** Gereinigte Butter, Schmalz.

*Beurre purifiée.* — Paratur liquefaciendo Butyrum recens et caute coquendo leni igne, donec caseus depositus, aqua evaporata sit et liquor oleosus limpidus appareat, qui sollicitè a sedimento decanthatur, et post refrigerationem Butyrum asservatur. — *Vis et Usus*: Butyri recentis. — Butyrum rancidum rejiciatur.

**BUTYRUM ZINCI**, Zincum salitum, hydrochloricum seu muriaticum, Murias Zinci, Zincum chloratum seu Chloretum Zinci Ph. Batavae. Zinfbutter, saures Zinforyd. *Beurre de Zinc, Muriate ou Chlorure de Zinc.*

Rec. Zinci puri laminati vel granulati quantum vis. Solve per vices in suff. Acidi Salis quantitate, filtra et evapora liquorem leni calore, donec in frigore siccescat. — Massa salina albido-fuscescens, sapore nauseoso, styptico; igne liquefit et partim sublimatur, aëre deliquescit, facillima soluta in aqua; solvitur etiam in spiritu vini et naphtha. (De ceteris proprietatibus conf. salia zincica in universum I. 355.) — *Part. const.* Zinci 1 et Chlori 2 p. Mixt. cum Aqua (sive Zinci oxydati 1 et Acidi Salis 2 p. Mixt.). — *Vis*: emetica, styptica, caustica, corrodens. — *Usus*: Interne raro adhibetur, passim in naphtha solutum, praecipue externe in aqua solutum. — Novissimis temporibus uti cauterium magnopere laudatur. (V. etiam Liqueur Zinci saliti.)

**BUXIUM** seu BUXINUM. Burin. *Buxine.* — Obtinetur ex Cortice Buxi, ut opinamur, simili methodo atque Aconitium (p. 26.). Purior fieri fertur, si solutioni Buxii sulphurici tamdiu Acidum Nitri admiscetur, quamdiu prae-



cipitatum fuscum formatur; tunc liquori claro Sal Sodae in excessu admiscetur, et Buxium praecipitatum tractatur, uti in Aconitii purgatione edoctum est. — Pulvis albidus esse dicitur, sapore peramaro, difficilis solutu in aqua frigida, facilior in aqua calida, plus in spiritu vini, minus in naphtha. Solutiones alcalium modo ad reagentia sese habere, cum acidis salia, partim crystallisabilia, praebere ferunt. — *Vis*: diaphoretica (?) Buxi vires medicatas concentrice in se habere et medicorum attentione dignum videtur.

**CACAO SACCHARATA.** Cacao mit Zucker. *Cacao saccharé.* — Miscella est Pastae cacaotinae et Sacch. albi  $\frac{1}{25}$  Part. aequalium. — Per se adhibetur et ad parandam Chocoladam, Pulverem Content cet. inservit. (V. etiam Chocolada.)

**CACAO TABULATA, PRAEPARATA** seu TRITA v. Chocolada et Pasta cacaotina.

CACHOU A L'AMBRE GRIS, A LA CANNELLE, A REGLISSE, A LA VIOLETTES cet. v. Trochisci.

**CADMIUM PRAEPARATA** v. Tutia praeparata.

**CADMIUM CARBONICUM,** Carbonas Cadmii seu cadmicus. Kohlen-saures Cadmiumoxyd. *Carbonate de Cadmium.*

Rec. Cadmii laminati quantum vis. Solve in Acidi Nitri, sextuplo Aquae destillatae diluti, quantum requiritur. Filtra et dilue solutionem quadruplo Aquae purae et instilla Solutionem Cineris clavellati depuratam valde dilutam, quamdiu praecipitatum album enascitur, quod Aqua destillata optime elotum, lenissimo calore exsiccat. — Pulvis albus impalpabilis, insipidus. — Constat ex Cadmii oxydati et Acidi carbonici aequalibus Pond. Mixt. — Igne acidum amittit et Cadmium oxydatum purum relinquit, pulverem flavum, plus minus in fuscum abeuntem, exhibens, quod fixum, igne non funditur et ex Cadmii et Oxygenii, aequalibus Pond. Mixt. constat. — *Vis*: irritans (?) toxica (?). — *Usus*: Per se hucusque vix tanquam medicamentum adhibebatur; praecipue ad parandum Cadmium sulphuricum inservit.

**CADMIUM SULPHURICUM,** Sulphas Cadmii seu cadmicus. Schwefelsaures Cadmium. *Sulphate de Cadmium.*

Rec. Cadmii carbonici quantum vis. Solve in Spiritus Vitrioli sufficiente quantitate; et evapora liquorem saturatum, si opus est, filtrandum, ad crystallisationem. — Prismata exhibet decolora, hyalina, recte rhombica cet. sapore styptico, ingrante metallico. — Constat ex Cadmii oxydati 1, Acidi sulphurici 1 et Aquae 4 P. Mixt. — In aëre subfatiscit. Leni calore deliquescit, aquam amittit et calore forti sal partim decompo-

nitur. — *Vis*: irritans, mundificans, interne toxica (?). — *Usus*: Externe adhibetur praecipue in collyriis. — Novissimis temporibus ut ophthalmicum magnopere laudatur. — Sit genuinum et purum, supra ut bonae notae descriptum. Solutio aquosa acido sulphurico acidulata acidi hydrothionici ope penitus cum colore pulchre luteo praecipitetur (v. etiam I. 23.).

**CAFFEUM** seu **CAFFEINUM,** Coffeinum. Kaffein oder Koffein. *Caffeine.*

Rec. Semin. Coffeae pur., uti prostant in commercio, quantum vis. Contunde et coque cum Sextuplo Aquae purae per horam, colaturae sensim admisce Plumbum oxydatum hydratum et coque, donec liquor fere decoloratus sit, filtra et trajice per filtratum Aërem hepaticum, ut plumbum penitus separetur, filtra iterum et evapora leni calore, donec in frigore Caffeum in crystallos abit, quae inter chartam bibulam pressae, denuo solvendae in aqua fervida et, addito pauxillo Plumbi oxydati hydrati et Carbonis Lixivii Sanguinis, coquenda, tum solutio adhuc fervida filtranda. Caffeum inter refrigerationem et evaporationem liquoris in crystallos coalescit, quae, si nondum purae, iterata solutione et crystallisatione depurandae. — Crystallos exhibet tenuissimas, aciculares, niveas, sericeas, flexibiles, inodoras, sapore grate amaro, temperatura ordinaria aëre immutabiles; temperatura 80° R. Aquam amittunt et calore caute auctiore, sine mutatione volatiles, et sublimantur, aëris aditu ignita comburantur cum flamma. — *Part. const.* Carboni 8, Hydrogenii 10, Oxygenii 2 et Azoti  $\frac{1}{4}$  Pond. Mixt. — In aqua frigida non facile solutu, facile autem in aqua calida, spiritu vini diluto et aceto radicali, insolubile in alcohole vini absoluto et naphtha. Solutio aquosa neutralis ad reagentia indifferenter sese habet. Caffeum neque cum acidis neque cum alcalibus combinationes intimas format. — *Vis*: excitans, febrifuga (?), tonica. — *Usus*: In pulvere vel solutione. — Hucusque principium hoc peculiare organicum, valde azoticum, vix pro medicamento usurpatum; medicorum autem attentione quam maxime dignum!

**CAINCANIUM** v. Acidum caincanicum (p. 17.).

**CALCARIA ACETICA** v. Sal Coralliorum, Margaritarum, Matris Perlarum et Oculorum Cancrorum.

**CALCARIA CARBONICA** v. Creta alba praeparata, Testae Ostrearum praeparatae, Lapides Cancrorum praeparati, Marmor. alb. et Magisterium Coralliorum, Margaritarum, Matris Perlarum et Oculorum Cancrorum, (Creta, Lapis calcarius et Marmor in Parte priori) cet.

**CALCARIA CAUSTICA** v. Calx viva (I. p. 23.) et Calcaria pura.

**CALCARIA CHINICA,** Chinas Calca-